500

1

# DE IVRE CONTRACTVS LIVELLARII

Pecunia constituti, & creati:

## Opus.

Varijs Pactis, & Quæstionibus distinctum.

*Cæsare Manento I. C. Mant. & à Secretis Serenissimi Ducis Mantuæ, & Montisferrati, &c.*
*AVTHORE.*

Ad Perill. D.D. HIERONYMVM SAGARRAGAM Vrbis Mediolanensis Prætorem.



MEDIOLANI,

Apud Io. Baptistam Bidellium. M. DC. XVII.
*Superiorum permissu.*

*Imprimatur*

*Fr. Marcus Antonius Sancti officij Mediolani Notarius Reuerendiß. Inquisitoris nomine.*

*Gulielmus Vidonus Theologus Sancti Nazarij pro Illustriß. D. Cardinali Archiepiscopo.*

*Vidit Saccus pro Excellentiß. Senatu.*

*Perilluſtri D. D.*

# HIERONYMO SAGARRAGÆ
## REGIO PRÆTORI
Ciuitatis Mediolani.

*Io. Baptiſta Bidellus . F.*



I ea noſtris pectoribus Ianua concederetur, quam Platonicus ille Socrates expetebat; & mihi faciliùs foret quo loco apud me præclarum tuũ nomen aſſeruetur, aperire: & tibi gratiùs, intueri. Verum ità contingit, vt niſi exteriora quædam indicia argumento ſint, ea quæ in carcere animi verſantur nuſquam appareant. Atqui ego ſanè quo alio palam vtar argumento non video, quam vt tuum ipſum nomen honeſtiſſimum in his pa-

gellis, quasi in sibyllinis folijs, imprimam, vti illud in ima cordis mei sede tuæ beneficentiæ Typis impressũ gero. Quarè testes erunt apud te istę paginæ, & apud omnes, gratitudinis, & obseruantiæ meæ. Et dum ego tuum nomen voce meliore prædicabo: velociores hæ, quacumq; Doctissimi Viri Cęsaris Manenti. famâ deferantur, clamore magis duraturo oculis omnium, atq; auribus insinuabunt. Exiguum adhuc officij mei pignus: præsertim cũ tua ipsa gloria proprijs alis euecta, non per hosce tantum ditionis tuæ fines, sed per omnes longè oras, & litora se se ostendat; sed ità fiet, vt nostra vox tuæ Famæ vocibus quasi Echo respondeat, ne surdis rupibus nos surdiores esse videamur. Vale. Mediol. Cal. Ian. CIↃ. IↃC. XVII.

ELENCHVS PACTORVM, & Quæstionum: singularium etiam Articulorum, qui in ipsis pertractantur.

## QVÆSTIO PRIMA.


Stenditur in hac Quæstione, quomodo contractus iste in esse deducatur, & conficiatur; vbi celebretur: variisq; rationibus, & fundamentis detegitur illius iniustitia; Et quòd de directo Bullæ Pij V. de censibus aduersatur.

Verùm, quia hæc iniustitia consistit in quindecim Pactis, singula ideò p se principaliter discutiuntur.

### PACTVM I.

IN isto pacto agitur de modicitate prætij.

### PACTVM II.

EX illo ostenditur, quòd pactum de affrancando, seu redimendo non est aptum diminuere prætium, nec rei valorem.

Fundus in cõtractu censuali, cuius valoris esse debeat.

### PACTVM III.

PEnsionem, seù canonem ad rationem quinque pro centenario, esse nimis excessiuam demonstrat.

Iura loquentia in contractu emphiteutico, non habere locum, vbi soluuntur quinq; in singula centum.

Pensio ista de quinque, nõ soluitur nisi propter pecuniam prius receptam, non in signum dominij.

Et omni in casu contractum istum liuellarium, potius esse censualem, licet stantibus his pactis, in fœneratitium conuertatur.

### PACTVM IV.

CIrca caducitatem ob alienationem sine licentia.

Pactum istud arguit contractum fœneratitium.
Caducitas intentari non potest, nisi ad illam agens probet dominum directum rei esse, & ab ipso originaliter rem prouenire.
Rem propriam in emphiteusim, vel liuellũ recipiens, sibi non præiudicat.
Contractum censualem inire ad rationem octo, quàm liuellarium ad quinque, longè vtilius est.
Contractus reddituum annuorum Montisferrati, de quibus per Surd.cons.155. & 162. explicitè vsurarios esse.
Censuista, seu emptor census tenetur ad restaurum, & ad onera rei censuatę, cum censuario, & aliqua circa hæc in Pacto secundo in fine.

PACTVM V.

Circa caducitatem ob non solutum canonem.
Obligatus ad soluendum in contractu liuellario quinque pro centum, si non soluit, non cadit.
Emphiteusis vera, & sic fundiaria, & dominicalis Cõfraternitatum secularium, laicalis, non ecclesiastica ostenditur, in qua omnes extranei succedunt.

PACTVM VI.

Circa deteriorationem rei.
Liuellarius numquam cadit, ob rei deteriorationem.
Contractus redditur vsurarius, si rei deterioratio spectare debet ad liuellarium.
Conductor numquam amittit melioramenta.
Nec etiam verus emphiteuta, si magna sint.

PACTVM VII.

Circa deuolutionem ob lineam finitam liuellarij.
Emphiteusis dominicalis, & sic vera, in qua præstatur

ſtatur magna penſio, tranſit ad extraneos hæredes.
Cõſuetudo Mantuana alienandi bona feudalia, quando extendatur ad omnes alienationes, tàm viuentium, quàm morientium.
Indiſtinctè bona emphiteutica, poſſunt alienari in vltima voluntate.
Dominus quando cogi poſſit præſtare aſſenſum vaſallo alienanti, & de feudo diſponenti.
Et quando poſſit reuocare aſſenſum, præſtitum vaſallo in teſtamento.
Feudum non poteſt ſubijci fideicommiſſo, in præiudicium ſucceſſorum.

PACTVM VIII.

Circa affrancationem per aſſignationem, & cambium alterius proprietatis.
Oſtenditur pactum iſtud fœneratitium eſſe.
Et eo non attento poteſt fieri affrancatio, & liberatio mediante prætio.
Pactum, quod fundus pro affrancatione aſſignandus ſit æquiualentis valoris cum primo, deteſtandum.
Liuellarius nihil ſoluere tenetur viſitatoribus electis, pro fundo ſubrogando in affrancatione.

PACTVM IX.

Circa laudimia ſoluenda.
Laudimia non debentur, in contractu liuellario.
Sicut nec ſoluuntur in contractibus cenſualibus, & annuis redditibus.
Dominus cogi poteſt præſtare aſſenſum vaſallo, & emphiteutæ hipothecandi rem, etiam incapaci.
Licentia hipothecandi fundum, vel emphiteuſim, gratis eſt concedenda; aliàs eſſet extorſio: & conſuetudo contraria non valet.

## PACTVM X.

DE prælatione domini in fundo liuellato.
Oſtenditur pactum iſtud odioſum eſſe.
Intellectus ad Statutum Mant. ſub rub. qualiter inueſtitus ad affictum &c.

## PACTVM XI.

CIrca dacia, & gabellas.
Dacia,& gabellę debent ſpectare ad liuellantem, non ad liuellarium; aliàs contractus redditur vſurarius.
Cenſuarius ſi tenetur de ſuo ſoluere gabellas, & mercedem inſtrumentorum, non habet prætium iuſtũ, quod habere debet à Cenſuiſta.

## PACTVM XII.

DE ſuſcipienda inueſtitura.
Liuellarius non tenetur aſſumere inueſtituram, nec alium honorem liuellanti præſtare.
Verus emphiteuta non ſuſcipiens inueſtituram de nouennio in nouennium, non cadit à re.
Conditio, quæ ſolet apponi in licentia, quòd acquiſitor feudi, vel emphiteuſis teneatur infrà quindecim dies ſuſcipere inueſtituram, ſub pœna caducitatis: quomodo intelligatur.
Dominus non poteſt arctare tempus à iure communi conceſſum, in ſuſcipienda inueſtitura.
Frater alienans partem ſuam feudi, vel emphiteuſis, quam communem habebat cum altero fratre, non tenetur ſeparatum ſuſcipere inueſtituram.

## PACTVM XIII.

DE honorantijs,& emolumentis inueſtiturarum.
Caponi pro honorantia debiti vero domino emphiteuſis non debentur,ſed prætium, ſeu pecunia.

Pecu-

Pecunia quæ domino præstatur ob honorantiam, numquam augeri potest. 6

Nulla honorantia debetur, in contractu liuellario.

Inuestituram suscipere nemo cogitur, nisi prætendens inuestire probet rem à se prouenire, & dominium habere.

Liuellans nullum habet dominium, in re liuellata.

PACTVM XIV.

Circa expensas instrumentorum, & inuestiturarii. Pactum onerans liuellarium ad soluendas expensas istas, arguit contractum fœneratitium.

Dominus verus cogi potest ad assentiendum emphiteutæ hipothecanti; Item alienanti, quando ipse acquirere recusat.

Dominus feudi, vel emphiteusis non potest gratificari vni ex creditoribus assensum circa hipothecam petenti, in præiudicium illorum, qui ante petiere.

Prælatus non potest alterare naturam feudi, in præiudicium successoris vasalli vniuersalis, vel singularis.

Statutum seculare disponens de iure vtilis dominij vasalli, & emphiteutæ valet: licet res sit ecclesiastica.

Consuetudo permittens feuda alienari, æquè permittit hipothecari.

PACTVM XV.

Circa pœnam dupli, in instrumento inuestituræ stipulatam.

Ecclesia non potest agere ad pœnam dupli conuentionalem.

Pœna dupli in contractu liuellario, facit illum vsurarium.

Fundus

Fundus assignatus viduæ, vt illo fruatur quousque dos restituatur; quando ipsa licitè fructus percipiat, nec in sortem conuertat.

Filij viduæ, poterunt licitè percipere fructus pignoris dati per auum maternum.

Interusuria sicut debentur pro dote viro, ita & viduæ pro donatione propter nuptias non soluta.

QVÆSTIO II.

Contractus liuellarius iusto prætio initus, adhuc fœneratitius.

Pactum de retrouendendo, & modicitas prætij hodiè sufficiunt ad arguendum contractum fœneratitiū.

Bulla de censibus, loquitur de omnibus annuis redditibus super bonis alterius acquisitis.

Stoccus, & Bistoccus quis.

QVÆSTIO III.

Emphiteusis an præsumatur fundiaria, & dominicalis, an vero pecuniaria, impositaria, & sic liuellaria.

Septem afferuntur coniecturæ, dignoscendi illam pecuniariam, & impositiam.

Nemo potest intentare caducitatem, nec deuolutionem, nisi probet emphiteusim esse fundiariam, & dominicalem, nec officit inuestitura.

In contractu liuellario omnes extranei hęredes succedunt; caducitas non habet locum, nec deuolutio.

QVÆSTIO IIII.

An cadens ab inuestitura, cadat à pacto francandi.

Reiecta communi distinctione contra omnes concluditur quòd non cadit, nisi sit emphiteusis dominicalis, & fundiaria.

Pacto

Pacto de retrouendendo, vel affrancando nunquam præscribitur, quando adest læsio in prætio.

Pactum affrancandi per assignationem alterius proprietatis nullum.

Quia prætio mediante, fieri potest affrancatio, liuellante inuito, & reluctante.

Pactum francandi in emphiteusi fundiaria, & vera, ex qua eadem pensio percipi possit, validum; contra Borgni.

Inuestitus de gratia speciali post caducitatem incursam, potest inuestitura ipsa non obstante dicere primum contractum fictitium, & fœneratitium.

Liuellarius, qui primò erat rei absolutus dominus, si per caducitatem rem amiserit, à quocunque illam recuperare poterit.

Etiam sententia non obstante.

Assertus dominus directi in re liuellata tenetur fructus perceptos restituere, seù in sortem compensare, & fundum liuellario reddere.

Contractus liuellarij cum his pactis deuolutionis, & caducitatis, etiam ante Bullam Sanctissimi Pij V. de censibus; erant illiciti, & fœneratitij.

Bulla de censibus, quæ vult, vt non trahatur eius dispositio ad census, & redditus prçteritos, quomodo intelligatur.

Successor singularis in re liuellata, potest opponere primum contractum in fraudem vsuræ confectum.

## QVÆSTIO V.

AN euicta secunda proprietate, dominus liuellans possit habere regressum ad primam iam liberatam per affrancationem.

Con-

Concluditur quòd non potest, aliàs contractus esset
fœneratitius.

Facta delegatione prætij debiti per emptorem, ipse
amplius non tenetur ad interesse debitum, nec pri-
mo creditori, nec secundo.

Statutum annullans contractus vsurarios, simulatos,
& fœneratitios, etiam iuramenta in illis apposita
annullare dicitur.

QVÆSTIO VI.

Consuetudo celebrandi hos contractus liuellarios
non valet, nec contrahentes excusat.

Quandoquidem, & post Bullam Pij V. de censibus
non se abstinuere, cum essent ab ille reprobati.

Ignorantia non excusat in isto contractu.

Contractus liuellarij facti ante Bullam prædictam
non sunt reformandi, sed irritandi.

Lex Papæ contractus illicitos annullans, non potest
tolli per inferiores, nec per eorum consuetudines.

Ecclesia si in aliquem transtulit fundum liuellarium,
per caducitatem, vel aliam culpam, adhùc per li-
uellarium vendicari poterit.



# INDEX

## COPIOSISSIMVS NOTABILIVM,

*Quæ in opere isto de Liuellarijs Contractibus pecunia constitutis, & creatis, continentur. In quo animaduertendum est, quòd P. denotat Pacta, & Q. Quæstiones.*

A





Alex.

rius,

Corru-

Con-

Quæst.

probet

Emphi.

Emphi-

Feu-

Fraus

Hæredes

In mate-

 quam

Liuel-

Pactum

Pa-

con-

Prae-

deuo-

agna-

Ven-

FINIS.

CÆSA-

15

# CÆSARIS MANENTI I. C. MANTVANI,

Et à Secretis Sereniſſimi Ducis Mantuæ, & Montisferrati, &c.

# Opus.

## *De iure contractus liuellarij, pecunia constituti.*

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura liuellaria, quomodo celebrentur Mantuæ, & ibi oſtenditur, quod contractus liuellarij, ſunt in vſu Bononiæ, Mediolani, Papiæ, Senis, Ferrariæ, Veronæ, Imolæ, Lucæ, Parmæ, Patauij, Piſtorij, Vincentiæ in Statu Montiſferrati, & Pedemontano, Grationopoli, Auenioni, in Regno Galliæ, Burgundiæ, Luſitaniæ, & vbique locorum.*

2 *Pactum de retrouendendo, modicitas pretij, & conſuetudo ſic contrahendi, oſtendunt contractum vſurarium.*

3 *Contractus liuelli continet quindecim pacta, ſimulati contractus.*

4 *Idem operatur natura contractus quod expreſſa conuentio.*

5 *Pactum vnicum poteſt continere plures ſpecies ſimulati contractus.*

6 *Principalis partium intentus in contractu liuellario, non eſt rem emendi. Probatur num. 7. & 9.*

8 *Emendi vbicunq; conſtat, aliquem animum non habuiſſe*

A

*buisse, nec venditorem vendendi, contractus est vsurarius.*

10 *Fraus presumitur, ex his, quæ incontinenti fiunt.*

11 *Vsurariorum cautella, quæ.*

12 *Abstinendum est à contractibus liuellarijs, pecunia constitutis.*

13 *Pactum de retrouendendo, cum modicitate pracij, hodie sufficit ad arguendum contractum in fraudem vsurarum.*

14 *Contractus liuelli, pecunia constitutus, vsurarius, & nu. 26. 29. 34. 37. 38.*

15 *Venditor non præsumitur velle fundum alienare, nisi cum pacto affrancandi.*

16 *Venditio quæ momento durat, præsumitur simulata, & nu. 42. 43.*

17 *Contractus primus emptionis, & venditionis, non est considerandus, sed secundus liuelli, qui principaliter geritur.*

18 *Contractus emptionis rei, & deinde inuestitura liuellaria, non duo sunt, sed vnicus, & nu. 22.*

19 *In contractu liuellario principaliter pars agit, percipere lucrum ex sua pecunia.*

20 *Forma contractus annui redditus, seù census, quæ.*

21 *Contractus duo eodem tempore facti, pro vno reputantur.*

23 *Contractus liuelli pecunia constitutus, potius censualis dici debet, quàm alio nomine nuncupandus.*

24 *Contractus liuelli, seù emphyteusis, pecunia constitutus, est in fraudem Bullæ Pij V. de censibus.*

25 *Emphiteuticus verus contractus, qui.*

27 *Emens rem, cum pacto de retrouendendo, si illa perit, damnum cedit ementi.*

28 *In contractu liuelli si res perit, damnum est liuellarij, & sic seruatur.*

30 *Emens fundum liberè, indeq; locans venditori, cum pacto de retrouendendo, cum modicitate pracij, contractu, dicitur, in fraudem Vsurarum confectus.*

*Idem si non adsit modicitas pracij, sed insit pactum, quod rei periculum cedat incommodo conductoris. num. 31.*

32 Con-

32 *Contractus liuelli pecunia constitutus, ad rationem quinque pro centenario, est potius locatio, & conductio.*

*Quia pensio quinque pro centenario, est magna. nu. 33.*

35 *In materia suspecta non refert, quid ex equipollentibus fiat.*

36 *Pecuniam dans ad partem lucri, cum pacto quòd capitale sit saluum, contractus est vsurarius.*

39 *Contractus census, & annui redditus, cum pacto caducitatis, deuolutionis, & laudimiorum, est vsurarius, igitur, & contractus liuelli, cum his pactis talis dici debet.*

40 *Contractus liuelli, pecunia constituti, non sunt reformandi.*

41 *Pretium iustum, non iustificat contractum, quando nõ adest verus animus emendi.*

44 *Contractus præsumitur celebratus, secundum contrahentium consuetudinem.*

## QVÆSTIO I.

*In qua latissimè ostenditur istius contractus liuellarij iniustitia.*



T igitur iuxtà propositam seriem ex his circunstantijs, quæ contractum vndiquè sepiunt, primas coniecturas sumamus, illud non est ignorandum, quòd plerique in quadam constituti necessitate, nescientes vnde pecunias sibi parare, maximis instantijs perquirunt Confratrias, seù Disciplinatorum Confraternitates, ac alias similes personas, an sibi velint pecunias erogare, super prædio, vel domo, cum facultate redimendi, & soluendi annuatim quinq; pro singulo centenario; Confraternitates verò, missis ijs, qui singulo anno extimationibus præficiuntur, vt fundum, vel domum perlustrent, cùm illæ proprietates plerunquè minoris extimentur iusti precij, verum venditionis contractum mentiuntur, eo prætio constituto, quod est infra verum rei valorem.

lorem. Deindè incontinenti coram eisdem testibus & notario, vel saltem interpositis aliquibus diebus ad aliud deueniunt instrumentum, in quo conceditur fundus venditori (nulla tamen facta mentione de primo contractu, nè forte inde detegatur fraus) in emphiteusim, seù liuellum perpetuum, pro se, & hęredibus, & cum omnibus pa-
1 ctis, de quibus in præcedenti facti specie † secundum quã passim fiunt, & celebrantur inuestituræ istæ in patria mea, vt etiam retroactis contrahebatur temporibus, vt patet ex Ruin. conf. 66. in 4. ex Rimin. Sen. conf. 450. & 451. ex Paris. conf 59. 60. & 61. nu. 4. in prim. Prout etiam Bononiæ sic celebrantur, secundum Barbat. conf. 8. col. antepen. in fin. in 4. Laur. de Pinu conf. 125. num. 1. & 2. & aliquib. pactis mutatis Papiæ, vt per Papiens. in forma libelli in causa vendit. versic. coram vobis in fine. Borg. decis. 13. nu. 39. & sub num. 47. in 2. Mediolani Boss. de remis. merced. conduct. num. 11 4. Cotta in memorabili emphiteotæ regulariter, vbi dicit etiam, quod quotidie fiunt isti contractus; in dicta eius Ciuitate Borgn. dicta decis. 13. num. 39. & in Ciuitate Senarum Barbat. conf. 51. col. 5. in prin. in 1. conf. 8. in fin. in 4. Ioan. de Montesperel. conf. 160. Imol. in c. illó vos, sub nu. 18. de pignorib. Ferrariæ Barbat. conf. 22. sub num. 13. in 4 Laderchi. Imol. conf. 132. Grat. conf. 11. in 2. Neapolim Afflict. decis. 80. Vrsil. ad eundem decis. 40. n. 14. dicens, quòd quotidie huiusmodi contractus celebrantur. Veronæ Cæpol. toto tract. de simul. contract. Imolæ Bero. conf. 166. in 1. & in eodem casu Paris. conf. 55. in 1. In Statu Montisfer. Natt. conf. 49. in prin. conf. 194 n. 12. conf. 19. per totum & n. 10. cum seq. & n. 23. conf. 497. & 498. Rol. conf. 40. in 2. Vincentiæ Alex. de Neuo. conf. 95. in prin. & per totum, & sub n. 20. Lucæ Cornaz. dec. Luca. 41. Camil. Lepid. dec. Luca. 26. & dec. 60. in patria Pedemontana Purpurat. conf. 505. Parmæ, Pistorij, & per totam Romandiolam Borgn. dicta decis. 13. n. 39. subdens, quod ita quotidie fiunt. Grationopoli Crauet. conf. 156. in Regno Galliæ moderni Parisienses tract. de vsur. q. 57. nu. 401. Burgundiæ Boer. conf. 12. Auenioni. Rota Auen. decis. 38. in Regno Lusitaniæ Gama dec. 38. 39. & 113. in patria Forijulij Decian. cons. 23. in 5. Patauij idem Decian.

cian.conf. 28.in 5. in omnibus Ciuitatibus, & Terris Venetorum Alex.de Neuo. dicto conf.95.sub n. 20. vbi tandem subdit, quòd ita viget consuetudo, per totam Italiã, & extra illam, & Iaf.in l.rogasti §.si tibi nu.6.ff.si cert.pet. dicit, quòd ita milies contingit in facto, & tota die fiunt. Marc Mant.conf.221.num.25.& conf.10 in 2. Qui tamen contractus totaliter annullandi sunt, & irritandi, quia istę personæ, quæ similes conficiunt contractus, à principio non habent animum vere alienandi, nec se domo, vel fundo priuandi, quia non sic contraherent, sed liberè venderent, & iusto prætio: Verùm quia vident se non esse è domo, vel fundo (vt plurimum præciosiore, & ipsis vtiliore) migraturos, passim ad istos deueniunt contractus, vt per eiusdem prędij possessionem continuatam; patrimonij sui secreta non pandantur, sperantes interim: rebus suis consulere, fundum redimendo. Idem dico respectu Confraternitatum earum pecunias soluentium, quia re vera non sibi proponunt emere, nec acquirere proprietatem illam, sed dare pecuniam ad certissimum redditum, sub spe multiplicis contractus emphiteotici, quia res subiacet caducitati, d euolutioni, & quatenus miser emphiteota, voluerit fundum vendere, vel aliter de eo disponere in aliquem extraneum. vtilitatem assensus pôderant, & super laudemijs raciocinantur. In pacto assumendi inuestituram de nouennio in nouennium; latet vtilitas honorantiæ caponum seu solidorum triginta, vltra mercedem inuestituræ debitam. Quæ omnia quàm sint exorbitantia, ac aliena à charitate nobis præcepta à Deo, satis superq; colligitur, quia si pactum de retrouendendo † seu de affrancando modicitas prætij, & consuetudo sic contrahendi ostendunt contractum vsurarium esse.c.an nostram de empt. & vend. c. illo vos, de pign. quantò magis hìc, vbi non solum ista † concurrunt: sed tredecim alia, siquidem Confraternitates hos contractus sub nomine liuelli, vel emphit. celebrantes: animo gerunt etiam illos facere, secundum eorum peculiarem naturam, & conditionem, Natt.conf.39. nu. 22. & sub num.33. quod experientia docemur, ob id vltra illa pacta, seu conietturas: hoc casu concurrit Tertim pactum, nempè solutionis canonis, ad rationem quinque pro cen-

tenario, quod est nimis excessiuum. Quartum, quod est caducitatis, ob alienationem sine licentia. Quintum, ob non solutionem canonis. Sextum, ob deteriorationem. Septimum, ob deuolutionem; per lineam finitam. Octauum, superadditur pactum affrancationis non liberæ, hoc est per traditionem prætij recepti, sed per assignationem alterius proprietatis, cum quinq; solidis de pluri, pro melioramento. Nonum, quòd laudimia soluenda sint. Decimum est, quòd in casu alienationis Confratria vult præferri, & rem consequi, pro tribus solidis minus, pro libra illius prætij, quod ab extraneo offerreretur, quia sic disponunt statuta patriæ. Vndecimum, quòd omnia datia, instrumenta, & expensæ soluendæ sint ab inuestito. Duodecimum, quòd assumat inuestituram de nouennio, in nouennium. Decimumtertium, quod soluendi sint solidi triginta, loco vnius paris caponum, pro honorantia inuestituræ. Decimumquartum, quòd reuelatio inuestituræ, & registratio, fiat expensis inuestiti, & illam in authenticam formam semper in quacunq; susceptione, tradere debeat Confraternitati, vel Coufratriæ. Decimum quintum, & vltimum est pactum, pœnæ dupli canonis, damnorum, & interesse. Et dicet in instrumento inuestituræ, omnia ista pacta expressa non sint, sat tamen est quòd subintelligantur à iure, iuxta naturam actus, qui celebratur. Natt. cons. 49 Ias. in l. cum quid num. 17. ff. si cert. pet. Crau. in 1. res. pro genero, sub num. 308. & cons. 965. num. 18. Bart. in l.
4 Caius num. 7. ff. solut. matr. quia † idem operatur natura contractus quòd expressa conuentio. l. quia tantundem de neg. gest. l. quoniam. ff. locat. vel etiam ex consuetudine nostra l. nummis l. liberorum §. quid tamen de leg. 3. Ias. in l. vt liberis num. 7. cum seq. C. de collat. in l. certi conditio §. si nummos num. 6. & seq. ff. si cert. pet. & tantum operatur consuetudo, quantum pactum expressum, Bald. cons. 318. quidam nobilis sub num. 1. in 2. Archid. in cap. ante in fin. 2. distinc. Rol. cons. 2. num. 70. in 1. Vnde sicut
5 ex vno † eodemq; pacto, possunt oriri plures, & diuersæ coniecturę simulati contractus, Bero. cons. 165. num. 23. & 25. in 1. Castr. cons. 143. viso processu in fine in 2. ita ex isto met contractu emphit. plures oriuntur, imò infinitæ

aliæ, quæ colligi satis possunt ex tractatu Corb. de caducit. emphit. vbi nonagintaseptem causas caducitatis recenset, inclusis ampliationibus. Ideo dicendum est contractus istos non solùm in fraudem vsurarum confectos, verum etiam expressè vsurarios esse, considerata quoq; † principali partium intentione, quæ non est verè emendi, nec vẽdendi; quia datur facultas venditori quandocumq; voluerit; alterum supponere fundum, & rursus hoc supposito, alterum assignare: & sic in infinitum progrediendo; ex quibus non vtique possumus dicere, Confraternitatum consilium esse, rem illam acquirere, sed potius dare pecunias ad certissimum redditum, qui toties crescit, quoties deuenitur ad similes affrancationes, & assignationes: quia canon augetur semper in quinque solidis, qualibet vice. & dummodo ipsi Confratres reddãtur bene cauti, & securi, quòd percepturi sint eorum liuellum, de alio non sunt solliciti, nec an illa res primo acquisita permaneat, & continuetur in ipsum venditorem, & liuellarium, vel descendentes: nec vllam habent ad ipsam rem affectionem: minus ad alterã, quæ vigore pacti assignatur, & tamen nemo verè acquirit rem stabilem, quin ad illam affectionem aliquam habeat l. pretia rerum, & ibi not. ff. ad l. falc. quæ affectio non cadit in istis personis, quia statim re empta, statim venditori alienant in emphiteusim; cum facultate alienandi, & ad libitum supponendi alteram rem; ad primi fundi affrãcationem, quòd contingere potest statim inito contractu, vt † illicò fiat affrancatio, ergo dici non potest, quod personæ istæ habeant intentionem verè emendi. Gram. decis. 76. in pr. Boer decis. 183. num. 14. Barb. cons. 72. col. 15. in fin. vers. quia istud ex superius in 4. Rip. cons. 7. num. 9. de obl. in 2. Soc. cons. 248. col. 2. vers. 3. in 2. Et eo ipso quòd constare possit † emptorem non habuisse animum verè emendi, nec venditorem vendendi; absolutè contractus dicitur vsurarius, Cæpol. de simul. contract. præsumpt. 1. in fine num. 44. Gabr. cons. 74. num. 13. in 1. Ioseph. Lud. con cl 51. col. 6. vers. exemplum posset poni, & col. fin. vers. 28. coniect. Castr. in l. 1. sub num. 1. C. plus val. quod agit. Bal. cons. 311. sub num. 10. vers. sed quia in mente gerebatur in 5. Bergn. decis. 2. num. 16. in 2. Calc. cons. 83. pro inuestiganda

ganda num.4.verf.item manifestè apparet,& fub num.5. verf. vlterius ego.Menoc.lib. 3.præfump.122.num.42.& feq.Rip.conf.7.nu.4.conf.21.in prin.de oblig.in 2. Zecc. de vfur.c.13.in prin.fol.962. Ex alio etiam colligitur hos
9 contrahentes non egiffe,vt emerent, nam quorfum † repentina hæc pænitentia,& mutatio, quod quis ftatim liberè emat,& ftatim alienet, cum emphiteutica conceffio fit alienatio,Parif.conf.85.num.6.7.& feq.in 3. Redoan. de reb.eccl.non alien. in prin q pariter fub vocabulo fol. 18.certè non confonat auribus prudentis viri,& in fpecie hanc coniecturam facit Anchar.conf.257.num.1. in fine, & Abb.conf.5.in 1.quia non eft veriffimile,quòd quis velit à priori propofito ftatim recedere,& ex his,quæ incon
10 tinenti fiunt † oritur præfumptio fraudis,Rip.in l.fi ventri. §.fin. ff.de priuil.cred. Roland.conf. 47.num. 13.in 4. Curt.fen.conf.59.col.2.in prin.Port.conf.22 nu.27.Barb. conf.72.num.21.22.cum feq. in 4. Vndè fi ifti ftatuerant exigere ex illis pecunijs,quinq; pro centenario, fuppofita aliqua proprietate,poteraut abfque tot circuitibus id facere,Titius nempè accipiendo bona fua,quæ in emphiteufim recognofceret, ab iftis perfonis, cum onere foluendi quinque pro centum. Verum quia ifta fuiffet aperta vfu-
11 ra;cogitarunt recurrere ad cautellas illas† vfurariorum, fecundum Hoftienf.& Io. Andr. in c.ad noftrum de emp. & vend.qui dicunt,quòd experientia docuit, quemadmodum auari dimiffis contractibus mutui, cæperunt facere contractus conditionales,cum pacto de retrouendendo,& poftmodum nè contractus,ex vi illius pacti, argueretur vfurarius cogitarunt facere bina inftrumenta, primum emptionis liberæ,& puræ, fecundum promiffionis de retrouendendo, adeout oportet miferum pecunia indigentem confidere de vfurario,ficut de vno Sacrifta, faciendo fibi purum inftrumentum venditionis,& poftmodum expectare,vt fibi faciat inftrumentum de retrouendendo feparatè,& proinde huiufmodi contractus in fraudem vfurarum confectos inquiunt ipfi, & omnes alij præcipuè. Zabar.in eod.c.ad noftram num.2.Barbat.nu.9.in fin.Anania in fin & Io.de Imol.fub num.9.Rip.conf.18.vifis inftrumentis,fub nu.11.de ob.in 2.Barb.conf.51.col.4.verf. modo

modò in proposito nostro in 1.cons.8.col4.vers.2.facit in 4.cons.72.sub num.9.in 4.Nat.198.num.11.Ruin.16.sub num.10.in 4.Franc.Marc.decis.483.sub num.3. in 1. Rodul.in tract.de vsur.quæst.60.vers.experientia docuit Capist.in simili tract.7 pact.2.part.pri.num.4.& 7. vbi dicit has esse subtiles astutias vsurariorum. Lup.de vsur.§.8. in fine in præfat.Calc.cons.26.num.15.& cons.84. viso casu proposito col.2.sub nu.7.Rim.Sen.scribens in causa Mantuana illorum de Crema,cons.450.num.17.Cæpol.tract. de simul.contract. in prin.& in fin num.145. addens quòd tempore suo fiebant tria instrumenta. Primum venditionis,Secundum liuelli,Tertium pacti de retrouendendo,& quòd licet essent vsitati similes contractus in ciuitate sua Veronæ,licitos tamen non esse,& ab ipsis † abstinendum 12 & quatenus non essent manifestè in fraudem vsurarum cõfecti, reducendos esse ad iustum prætium, cum generali proclamate, quòd de cætero prohiberentur. Imola autem in dict.c ad nostram sub num.6. dicit, quòd modicitas prætij, † & pactum de retrouendendo hodie debent 13 sufficere ad arguendum contractum vsurarium, propter fraudes,quæ quotidie excogitantur,ad paleandas vsuras: & refert Hostiens. qui dicebat,se optare, quòd prouideretur ad hos contractus,quia quotidie variæ fraudes, inueniebantur,ad ipsos paleandos. Cæterum isti manifestè tales sunt, vsq; adeo, vt reformari non debeant, sed absolutè irritandi & annullandi,quia verè vsurarij † sunt, se- 14 cundum Hostiens. & præcitatos omnes, in dict. c. ad nostram,qui loquuntur etiam in casu magis dubitabili,quia ibi venditor, non permanebat in possessionem rei venditæ,vt in isto casu facit: quæ est vna ex potioribus coniecturis,ad arguendum contractum simulatum:sicut contraria contractum iustificat. & tamen Hostiens. Io. Andr.& omnes alij præcitati volunt quod talis venditio liberè primò facta,cum pacto de retrouendendo,in alio instrumento apposito,iuncta modicitate prætij:faciant illum vsurarium, seu in fraudem vsurarum celebratum. quòd fortius affirmari potest hic per prædicta,& tanto magis,quia venditor † nunquam fuisset venditurus fundum suum, nisi 15 cum illo pacto de affrançando,Ceph.cons.198.num.23.&

tùm deinde celebret instrumentum liberum,absq; a liquo
pacto,illud instrumentum est simulatissimum , quoad ip-
sas partes,quorum intentio non est,sic contrahendi.l.1.&
toto tit.C.plus val.quod agitur. Sed dato etiam:de animo
contrahentium apertè non constare,cum tamen per pau-
16 cas horas,vel dies duret venditio,illa † præsumitur simu
lata l.non videtur quisquam.ff.de reg.iur.§. pauonũ Inst.
de rer.diuis.quia venditiones rerum fieri solent,vt res per
petuò sint penes emptorem;non sic pignorationes , & ex
modico interuallo,præsumitur, quod quis noluerit ven-
dere,sed pignorare,Castr.cons.74.num.3.in 2.& in l.1.C.
plus val quod agitur, & ante eum Bald.cons.164. maritus
in 5.Barb.cons.51.col.8.post medium in 1.Lud.Bol.cons.
25.sub num.2.Maschar.de probat.concl.434.nu.15.Natt.
cons.198.num.8.Rol.cons.40.nu.22.in 2.Acquisitio enim
ista,quæ non fit à Confraternitate ea mente,vt habeat,&
retineat:sed vt alteri concedat, non est prę oculis haben-
17 da,sed ipsa concessio emphiteutica , quæ † principaliter
agitur.arg.l.si quis nec causam ff.si cert. pet. quia tale ius
acquisitum momentaneum,non est considerandum.l. qui
sic ff. de solut. sicut non dicitur uersum , quod non durat
versum.l.1.§. versum ff.de in rem vers. & non dicitur fa-
ctum,quod non durat factum ideo talis emptio,& acqui-
sitio,quæ est ordinata ad reconcessionem,& non retentio-
nem;debet regulari secundum finem ipsum.l præterea ff.
de sponsal.& sic iste secundus contractus consideratur,non
primus Soc.cons.53.num.28.in 4. Abb. cons.69. videtur
primo dicendum in 1.Calcan.cons.84. viso casu , col.fin.
sub num.20.vers.quia ad iustum finem. Verius dico,con-
tractum istum manifesta vsurarum labe peccare , quia
verum est primum:non tenere:quia statim extinguitur, &
18 simulatus est & licet duo videantur,† vnus emptionis,al-
ter inuestituræ emphit.vnicus tamen, & solus est, Gem.
cons.16.num.3.Menoch.cons.109.num.35.vers.rursus,&
tertio,& num.36.Rip.cons.18.sub nu.33.de ob.in 2.Rot.
Auen.decis.38.num.4.vers.ego autem.Ioseph.Lud.concl.
51.in 16.coniect.quia secundus est primus in intentione:
licet sit vltimus in exequutione.Bal.in l.auia num.21.22.
& seq.C.de iur.dot.Frecia de subfeud.lib.2.quest.16.nu.6.
Franch.

Franch.decis.126.num.2. & 3. præterquam quod etiamsi primus sustineretur, attamen in contractu emptionis vsura committi potest, c.in ciuitate de vsuris.c.illo vos. de pignor.c.ad nostram.de empt. & vend. Sed hic datur pecunia, pro pecunia, & iste est propriè contractus vsuræ.nam quis non dat pecuniã, vt rem emat: sed, vt accipiens spondeat solutionem, quinque annuatim pro quolibet centenario recepto, & illud est, quod principaliter † partes animo agunt, Afflict.decis.85.nu.3.in fine & num.4. Decian. cons.28.num.12.in 5.& pecunia, non est disposita, nisi ad emendum.c.eijciens.88.distinc.Bal.cons.133.& quod sub num 1.in.3.hic nihil emitur, quia soluens pecuniam suã, non emit verè rem, vt dixi: nec etiam fructus aliquos rei, sed dat pecuniam tertio, vt is obliget bona sua, sub periculo commissi, si vsuram non soluerit; per contractũ enim emphiteoticum, non emuntur fructus, quia repugnat naturæ huius contractus quod quid soluatur pro fructibus, sed dominij recognitionem respicit canon, vt DD.omnes in l.1 & 2.C.de iur.emph. vnde intentio harum personarum non fuit fructus emendi, quia etiamsi non nascantur, vel damnum in illis contingat, volunt pensionem, non etiam fuit eorum mens emendi rem, quia statim illam alienant Castr. cons.74.in causa mota col.2.in prin.num.3.in 2.& dictum fuit supra.verum contractus emphiteuticus, cum pacto affrancandi, est verus alienationis contractus Bero.cons.123.in prin.in 1.Alex.cons.17.sub nu.6.vers. confirmatur, in 4.cons.76.num.11.& 12.in 5.quia videtur faciens hunc contractum, magis ipsum velle rem habere, quàm Ecclesiam seu pium locum, & versa vice Confratria, & Congreg. videtur potius venditorem rem habere velle, quàm ipsamet Bald. in l 2. C. de pact. int. empt.& vend. Soc. cons. 248. col. 2.in 2.Cuman.inter cons.Alex. 119.in fine in 4.ergo de primò ad vltimum potet, quod illi dederant pecuniam, pro pecunia; & iste est indubitatus contractus vsuræ; Illi enim, qui volunt acquirere annuos fructus, † vel redditus rei, primò constituunt ipsum redditum, deinde vendunt, Bal.in d.cons.133.versus.fin.in 3.Similiter fit iste noster contract.saluo capitali, quia nunquam amitti potest, vt infra ostendam eò magis, quia daa tur

19

20

tur fideiussores. Calc. cons. 83. pro inuestiganda col. fin. sub num. 6 ergo est propriè mutui contractus, vt per Bal. loco cit. Dec. cons. 123. perlectis col. 2. Rursus diximus supra num. 18. quod iste dicitur vnicus, & solus contractus, licet duo videantur, quod vtiq; verum est, quia quæ † eodem
21 instanti fiunt, vnico actu dicuntur expediri. Paris. cons. 54. num. 66. in 1. Lazar. de moment. temp. c. 27. num. 1. & seq. Becc. cons. 92. num. 78. Vnde fit, vt contrahens non dicatur bona sua vendidisse, sed pro pecunia, illa obligasse, & subiecisse oneri pensionis vniformis annuatim soluendæ: sub periculo commissi, & deuolutionis, quod est de directo contra formam Bullæ Pij V. de censibus, & licet partes denominauerint hunc contractum emphiteoticum, vel liuellarium: talis tamen non est quia Congregatio nihil præter pecuniam exposuit, & recipiens bona sua propria supposuit, quia primus contractus non consideratur, tam quam de per se, & separatus: nam hoc modo essent duo, sed iunctus cum vltimo, qui primus intentioni occurrit, & vltimus exequutioni fuit † demandatus, vnicus est. Af-
22 flict. decis. 80. sub num. 3. vers. tamen principale propositum partium. Anchar. cons. 262. præmittendum est. Barbat. cons. 72. num. 15. in 4. & tanquam talis consideratur ab omnibus Doct. Gemin. cons. 16. sub num. 3. & 4. cum alijs supra num. 18. citatis; Imò primus absolutè pro nihilo habetur: quia fictitius simulatus, vel statim extinctus; quo fit, vt re vera, quis dicatur propter pecuniam receptam, sua bona obligasse; & ratione bonorum promisisse annuatim pensionem soluere. † Qui contractus censualis est.
23 Dec. consil. 163. non fuisset col. 2. vers. quæ omnia constãt Franch. decis. 159. num. 3. 4. quoniam census soluitur de re propria, & canon de aliena. vt per omnes in c. constitutus de relig. domib. At hic res est propria obligantis, & pecuniam recipientis, cùm, vt dixi primus contractus non consideretur, vti momentaneus. l. non videtur quisquam ff. de reg. iur. nec nudis verbis dominia rerum transferuntur, sed traditionibus, quæ hic nunquàm interueniunt. Et licet partes denominauerint secundum contractum emphiteoticum † id tamen de directò factum est, in fraudem Bullæ
24 prædictæ, quæ fraus si admitteretur, de facili elluderetur inten-

intentio Pontificis,quia errectio censuum, & annuorum reddituum,de quibus in ipsa Bulla,conuenit cum nostro contractu quòd vterque sit super bonis alterius:sed in hoc differunt,quòd in censibus constituendis,emuntur redditus,& fructus super re aliena:in his autem emitur res ipsa & inde redditus promittuntur, sed in hoc fraus consistit, vt dixi:quia solo nomine à censu diuersificatur, sed effectus est vniformis.eòque magis cùm emptio sit ficta, & simulata. Emphiteuticus autem verus contractus longè distat † ob his omnibus,quia ibi datur res propria,& originaliter sua à vero domino,cuidam tertio illam recipiē- 25
ti,pro valdè modica pensione;habita ratione ad proprietatem ipsam.Abb.in c.potuit.nu.8.de locat.Soc.cons.167. num.7.in 2.Rodoan.de reb eccles.non alienan.tit.de constitutioni annui census nu.3 fol.101.Natt.cons.3.in prin. & num.3.Hic nullus habetur respectus ad rem, sed ad pecuniam solutam,quò fit, vt non dicatur contractus emphiteuticus,nec liuellarius,Grat.cons.11.nu.28.29.cum seq. in 2.quinimò nec censualis, quia nulli fructus emuntur, nec venduntur, † sed benè est contractus mutui, re ipsa 26
pignorata,sub pacto legis commissoriæ.Bald cons.487.apparet quodam vers.item pactū quòd non possit,in 1.Natt. cons.198.sub num.24 Modern.Paris.de vsur.quest.57.sub num. 401. quia si debitor non soluat vsuras, ad rationem quinquè pro centenario debito tempore,sibi consuluit mutuans,vt rem ipsam pignoratam consequatur pro credito suo:vt ad hoc induco tex.à fortiori in c.ad nostrā de emp. & vend.vbi R.petebat pecunias à M.qui volens nutui indigentis satisfacere,conuenit, quòd sibi venderetur domus, & oliuetum R. & sic factum fuit: cum pacto quòd quandocunq; à septennio vsque ad nouennium soluerett prætium,quòd M. restituere teneretur domum, & oliuetum: decidit Papa contractum esse pignoris, & vsurarium, licet sub imagine venditionis confectum, & in fraudem canonis æditi contra vsurarios initum fuisse: à fortiori iste dici debet talis,& in fraudem Bullæ de censibus præmeditatus; Nulli enim dubium, quòd isti pecunijs indigentes illas principaliter quærunt à prædictis personis,non autem agunt negotium venditionis, Barbat.

bat. consl. 8. col. 8. vers. sed in proposito nostro in 4. Lud. Bolog. cons. 25. col. 2. vers. secundo præmitto. iuncto. vers. ad idem facit. benè fingit indigens vendere fundum dictis personis, quæ ideo soluunt prætium, quo pau per indiget. Et optimo iure dixi quòd fingit vendere, quia venditio momento durat; nec res exit manus suas, cùm statim sibi retrocedatur, sub velamine emphiteutici contractus, ad soluendum quinque annuatim in singula centum: cum pacto affrancandi per cambium, & assignationem alicuius proprietatis. Vnde si Papa damnat illum contractum de quo in d.c. ad nostram, ex eo, quòd promiserit emptor retrouendere à septennio, vsque ad nouennium, & sic interim volebat fructus rei lucrari: vt inquiunt ibi omnes; & tamen illi non erant semper vniformes, nec certi: fortius hic cùm semper sint vniformes, certi, & indeficientes: Ibi emptor reperiebatur in possessione rei, quæ est potissima causa iustificandi contractum: Iste autem numquam fuit in possessione, quæ est euidentissima coniectura dignoscendi contractum vsurarium. Ibi poterat perire res intra tempus
27 redimendi † quo casu periculum erat M. ementis Bero. in c. ad nostram num. 26. versus finem de empt. & vend. Natt. 601. Borgn. decis. 16. num. 48. in 2. quod est de natura emptionis, & venditionis veræ. Bald. cons. 292. col. 2. vers. vnde contractus non reputatur in 5. Hic oppositum militat, quia si res pereat: dummodo
28 † area remaneat, semper debitor obligatur ad pensionem soluendam: quinimò & ad rem reficiendam. Paset. cons. 217. & 218. Natt. 377. Surd. decis. 198. ibi M. emptor non erat certus de consequendis fructibus rei, nisi vsque ad septennium: hic semper, & in perpetuum; vsque adeò vt teneatur venditor, si rem ab obligatione eximere voluerit, alteram assignare proprietatem, ex qua commodè liuellus percipi possit, cum augumento etiã quinque solidorum. Si ergo contractus sub nomine emptionis in illo tex. celebratus reprobatur, à fortiori iste in
29 quo † magis præiudicialia concurrunt Bald. cons. 322. vtrum post. col. 2. vers. consideremus, & vers. nunc venio ad c. illo vos. in 3. Abb. cons. 5. in fine, in 1. Crauet.
cons.

conf. 491. num. 15. Natt. conf. 198. sub num. 19. ad finem. Rol. conf. 40. num. 23. in 2. Conuincitur adhuc istius contractus iniquitas, arguendo è maioritate rationis; Nam si volunt DD. contractum illum in fraudem vsurarum confectum, quando quis emendo fundum liberè, statim illum locat venditori, † cum pacto de re- 30
trouendendo, & modicitate aliqua pretij. Petr. de Anchar. relatus per Imo. in c. illo vos. num. 18. de pignor. & ibi Abb. nu. 5. Natt. conf. 497. in prin. & num. 13. & conf. 198. per totum, maximè nu. 10. Rolan. toto conf. 40. maximè nu. 24. & 32. in 2. Crau. conf. 156. num. 10. Crot. conf. 244. num. 1. in 2. Plot. conf. 83. num. 4 5. Pafet 70. num. 5. 6 Tiraq. de iure constit. part. 3. limit. 9. num. 3. Cephal. conf. 198. num. 23. Laderch. Imol. conf. 132. nu. 4. Borgn. decis. 2. nu. 4. & 5. in 1. Ioseph. Lud. concl. 51. col. 9. vers. octaua coniectura. Lancel. Gal. conf. 88. nu 11. cum seq. Ambros. de Vignat. de vsur. num. 114. Grat. conf. 11. in 2. Purp. conf. 505. per totum. Paris. conf. 54. num. 65. in fine num. 66. & 76. in fine, in 1. Alex. conf. 54. in 6. Sola in antiq. constit. Sabaud. tit. de pact. int. empt. & vend. glos. 1. assiduæ additiones num. 12. sub num. 15. fol. 117. Caietan. in summa cap. de vsura implicita vers. quintus casus est. Anchar. conf. 257. sub num. 3. Abb. conf. 12. num. 2. Bero. conf. 166. per totum in 1. & conf. 83. num. 12. & 13. conf. 210. num. 28. in 3. Rip. conf. 6 & 7. tit. de verb. oblig. in 2. Vrsil. ad Afflict. decis. 40. num. 14. Albens. conf. 148. num. 1. & 2. Barb. conf. 51. col. 5. vers. & cum vidissem, & col. 6. sub num. 5. in 1. Menoch. lib. 3. præsump. 122. nu. 74. Mascar. de probat. concl. 439. num. 25. concl. 441. num. 7. & fin. 442. num. 1. 447. num. fin. Cornaz. decis. Lucen. 41. nu. 30. à fortiori iste dici debet vsurarius; quia per locationem non transfertur aliquod dominium, quinimò nec possessio, sed tantùm detentatio, & multi reperiuntur, qui verè emunt, & postmodum locant. Gama. decis. 39. Satis enim colligitur animus verè emendi, quia si res perit, vel deterioratur, cedit periculo ementis, & locantis. Item quia potest esse, quòd fructus non nascatur, vel damnum illis na-
tus

tis contingat; ob grandines, vel inundationes: vnde est debeat fieri restaurum, & mercedis remissio, fructus non sunt semper certi: hic autem certissimi, & vniformes; vnde si in illo casu emptionis, & locationis incontinenti factæ, cum pacto affrancandi iudicatur cõtractus in fraudem vsurarum confectus, fortius contractus hic fraudis arguetur, stante vniformitate, & certitudine fructuum considerata. Addito, quòd si res perit casmate, vel domus comburitur, etiam absque culpa sua miser emphiteuta tenetur soluere conuentam pensionem, & domum refficere; quia sat est, vt sibi area remaneat, vt latissimè scribit Surd. decis. 198. num. 11. cum seq. Plus dico, quòd
31 emens, & statim locans venditori, † etiamsi omnia iusto inita fuerint prætio; si tamen adsit pactum, quòd periculum rei, vel etiam commodum transeat in conductorem, contractus est illicitus, & vsurarius. Summa Angel. in verbo vsura. §. 1. num. 68. Calcan. cons. 83. pro inuestiganda num. 1. cum seq. & col. 2. sub num. 5. & cons. 84. num. 9 & 10. Purpur. cons. 505. visis tribus. num. 4. Dec. cons. 123. perlectis col. 2. ad finem vers. quibus concurrentibus; igitur & emphiteusis ista vrgentissima laboraret vsurarum suspitione, etiam si rei à principio iustum fuisset statutum prætium; quia cùm soluatur pen-
32 sio ad rationem quinque pro centenario, † iste dicitur verè contractus locationis, nomine emphiteusis, circumscripto: quoniam magnaista pensio quæ repugnat pro-
33 priæ † naturæ ipsius contractus, locationem suadet. Aret. cons. 55. nume. 4. ad finem. Alex. cons. 112. in 1. Bart. in l. 1. in 2. opposit. & cæteri post eum. C. de iur. emphit. Ruin. cons. 161 sub num. 21. in 1. Rot. Nouis. decis. 720. num. 5. part. 1. Bellon. cons. 25. num. 18. Cagnol. in l. 2. num. 203. C. de resein. vend. Bero. toto cons. 130. & 131. in 1. Cathelian. in memorab. emphiteutæ regulariter. Si igitur ista est locatio, ergo tacitum pactum, quòd periculum rei, & fructuum spectet ad con-
34 ductorem, † reddit illicitum contractum. Bero. cons. 165. num. 15. & 18. in 1. Borgn. decis. 24. num. 12. in 2. quia per denominationem emphiteuticam voluit Confraternitas reijcere periculum rei in ipsum inuestitum.

Natt.

Natt. conf.49.num.21.verf. 6. conf. 114. nu.12.& patet, ex fupradictis num. 4.

Vnde ficut quando poft venditionem iufto prætio initam, quis locat eum pacto periculi rei in venditorem, & conductorem, contractus illicitus eft; pari modo, quando quis iufto emit rem prætio, & ftatim venditori concedit in emphiteufim pro magna penfione: quia ineft idem periculum, & eadem ratio in omnibus viget; ergò eadem iuris difpofitio. Caftr. conf 145. vifo proceffu in fine in 2. Et non refert, † quid ex æquipollentibus fiat, in hac materia fufpecta. Bal. in l. cum allegas fub num. 17. C. de vfur. Nauar. conf. 2. de empt. & vend. in 1. Calcan. d. conf. 83. in fine, vbi etiam column. 2. verf. præterea. ad conuincendum contractum in fraudem legis prohibentis vfuras confectum, vtitur hoc argumento, à maioritate rationis: certum eft, quòd dans pecuniam in focietatem † ad partem lucri, cum pacto quòd capitale fit faluum, ifte dicitur contractus illicitus, & vfurarius. glo. in c. plerique in verbo negotiatio 14. queft. 3. Rom. conf. 238. pro habenda num. 7 & 8. 520. circa num. 5. 7. 8. 560. fummarius nu. 11. Caftr. 55. vifo inftrumento in 2. Natt. 405. Rim. iun. 210. nu. 61. Sed fic eft, quòd in illo cafu lucrum eft incertum, & fortuitum: quia foluitur pars lucri, fi lucrum fiat, & tamen eft illicitus, & vfurarius, ergò multò magis ifte talis eft, quia, & lucrum eft femper certum, & capitale faluum: quia cùm ifti contractus vt plurimum fiant fuper domibus Mantuæ fitis, & fuper terris longè à Pado diftantibus; hoc modo fiue domus cafmate pereat, femper r[illegible] anet area, & emphitheutæ, & liuellarij coguntur domum reficere, & penfionem foluere; non fecus ac fi cafus fortuitus nunquam contigiffet. 35 36

Ex quibus omnibus infertur confilium harum perfonarum fuiffe percipere commodum certum ex pecunia erogata: & longè magis tutum, & fecurum, quàm fi verè emiffent rem † ipfam, & confequenter contractus eft illicitus. Caftr. conf. 290. præfens dubiû in prin. in 1. Butt. in c. in ciuitate ad finem, fub num. 7. verf. item non effet quafi maior. de vfur. Natt. conf. 490. fub num. 10. 11. 12. 37

Amplius perniciosior est contractus iste, quàm manifestè vsurarius: Fingamus enim aliquem mutuasse centū, cum pacto quòd sibi restituerentur ad eius libitum; & interim debitor solueret quinq; pro vsura annuatim: soluit iste per triginta, vel etiam per sexaginta annos vsuram conuentam, & vult postmodum, mutuum restituere; certè tantùm centum dabit creditori, qui non statuit aliquid consequi, præter vsuras, cum sorte sua.

At in isto articulo, fictus ille emptor dedit pecuniam super fundo duplo plus valente, hac lege; vt pecunias recipiens, sibi quinq; annuatim pro centum solueret; vt nō posset alienare sine eius voluntate, & omni in casu ipse præfereretur alijs, & casu quo præfereretur pro multo minori prætio rem haberet, quàm communiter ab alio consequi posset, iuxta statutum Patriæ, sub rub. quòd inuestitus ad affictum, &c.

Et quatenus ipse emere nollet, laudimium tamen sibi deberetur ad rationem quinquè pro centenario prætij cōuenti: addito, quòd si inuestitus se affrancare vellet, non prætium; sed rem alteram meliorem, & vtiliorem supponeret: & subrogatus teneretur subire inuestituram, afferre capones, & alia onera soluere. Si alienaret sine licentia, caderet: & si sine sui culpa linea eius deficeret, res ad Cōfraternitatem spectaret.

Idem si non solueret pro tempore, modicum conuentum canonem: Et sic pius locus pro modico præciolo dato in animo gerit, certitudinaliter quinq; quotannis assequi; sub multiplici spe amplioris luceri, ex dictorum casuum euentu: cum maxima alterius iactura.

Id quòd contigere non potest in manifesto illo vsurario, cuius intentio ea, vt tantùm consequatur vsuram annuam, & tandem capitale suum simplex, non auctum, nec duplicatum.

Hìc autem accidere potest, quòd spatio etiam bienij duplicetur capitale, vel per caducitatem, vel per deuolutionem. & casu quo diù viuat emphiteuta, tanto magis lucratur: quia impossibile est, quin spatio quinquaginta annorum res non melioretur, & ad Confraternitatem nō deuoluat, quæ nunquàm moritur. l. proponebatur. ff. de

iud

iud. c. quoniam abbas de offic deleg. & quatenus non deuoluatur, possibile tamen est, quòd melioretur, & quòd alienetur: quo casu Confraternitas, vltrà liuellos annuos perceptos, consequitur, & laudemia ab emptoribus, & honorantias pro inuestituris; quæ omnia cessant in manifesto illo vsurario.

Proinde ratio quare fuerint vsuræ prohibitæ, illa principaliter est: quia facultates hominum exhauriunt c vsurarum voraginem de vsur. in 6. & vbicunque in aliquo contractu militat ista ratio, semper † dici debet contractū ipsum in fraudem vsurarum confectum. Calc. cons. 83. pro inuestiganda in fine. 38

Sed sic est, quòd ista ratio militat in his contractibus, quia per mille caducitatum causas, miseri liuellarij possunt bona sua perdere, de quibus per Corbul. in tract. suo de caduc. emphit. vsq; adeo, vt si proprijs laboribus, & maximis impensis bona ipsa in centuplum meliorassent, adhùc illa amitterent; ergò dicendum est contractus esse illicitos, & vsurarios, & si permitterentur, omnes se conuerterent ad istos, & diuerterent à censibus, in quibus adest periculum. Vnde isti contractus non solum haberent cōmunem effectum cum aperta vsura: quæ stat in lucro pecuniæ mutuatæ, sed longè vberriores, & deteriores, quia in illo vsura non potest excedere capitale: hic autem contingere potest, vt in centuplum excedat. Ista colliguntur ex Calcan. d. cons. 83. ad finem. vbi tandem subdit, quòd non solum lucra mutui sunt prohibita, sed etiam æquipollentia in quibus viget eadem ratio.

Vnde dico, quòd quemadmodum prohibentur contractus † censuum, & annuorum redituum, cum pacto deuolutionis, & caducitatis, laudimij, & honorantiarum: vt habetur in Bulla Pij V. & in statuto nostro de Censibus; sic, & alij æquipollentes contractus, vt sunt isti emphitheutici pecunia creati, & constituti. Tanto magis si verum est, quòd dicit Paris. cons. 61. num. 13. in 1. vbi scribens in terminis horum contractum Mant. habet illos tāquàm constitutiuos annui redditus, & census; & idem voluit Alex. de Neuo. toto cons. 95. & Alberzonius lib. 3. de contract. tit. 2. quem refert Lud. Lopez. tract. de contract. 39

lib. 1.cap.46. fol.272. & lib.2. tit. de differ.emph.cap 29. vers. at quoniam fol. 196. à quibus tamen dissentio, quia valde distat contractus emphiteuticus, à contractu censuali, & annui redditus: vt latè per Modern. Paris. in consuet. tit. 2. in prin. num. 23. & 29. & seq. Vnde non valet argumentum de vno ad alterum.

Sed dato etiam, quòd per hos contractus, quis videatur emere annuos redditus, & census, adhuc hodiè essent prohibiti, stante Bulla prædicta, quæ vult, quòd isti contractus non possint fieri, nisi secundum formam ibi præscriptam, aliàs sint vsurarij, & fiscus capiat: & quatenus fuerint celebrari ante dictam constitutionem, mandat ad formam ibi præscriptam redigendos esse: id quod non est
40 admittendum in istis, quia † vsurarij sunt, & de istis nũquàm intellexit Summus Pontifex in Bulla sua, sed benè de illis, de quibus in capit. 1. & 2. de empt. & vend. in extrauag. & ratio est quia isti contractus nunquàm facti fuerunt iusto prætio, & dato etiam, quòd secus esset, nihilominus iustum prætium non iustificat hos contractus,
41 † vbi non adsit verus animus emendi. Castr. in l. 1. num. 1. C. plu. val. quo. ag. Io. Andr. relatus per Imol. in c. illo vos num. 18. vers. nec interuenit paruitas prætij. iuncto vers. tene tamen menti de pignor. & ibi Abb. num. 5. at hìc mihi nunquam persuaderi poterit, quòd adsit verus animus rem emendi, tùm quia nunquam vidi, quod istæ personæ, in casu, quo emphiteuta voluerit vendere rem, ipsæ præferri voluerint in acquisitione, sed absolutè dant licentiam, vt alteri alienent: vt inde ipsæ consequantur laudimia, & augeatur pensio: & tamen non est dubitandũ, quòd si affectionem ad rem haberent, quin illam emerẽt; potissimum cùm longe pro minori prætio consequi possint, quàm offerat alter extraneus vt supra diximus sub num. 3. ex quo desumitur euidentissimum argumentum, quòd Confratereitates non curant de his proprietaribus sed de redditibus certis, & laudimijs, sub spe sibi proposita, vt in dies magis, & magis augeatur eorum introitus Brun. cons. 41. num. 16. vers. moneor. 1. Ias. in l. 1. sub nu. 50. C. de iur. emph. Rim. iun. cons. 38. num. 15. Sola ad constit. Sabaud. tit. de iur. emph. glo. res feudalis col. 3. vers. secun-

secunda fol. 14. Tùm etiam quia emptiones illæ primæ sunt simulatæ, ex quo momento † durant. Cæpol. de simulat. contract. præsumpt. 25. num. 172. Menoc. lib. 3. præsumpt. 122. num. 112. Bero. cons. 170. sub num. 4. & 10. in 1. Gramat. decis. 76. num. 1. in tantùm; vt etiam si probari non posset inter ipsos actum, quòd modico tempore durare habeat: ad hoc, vt sint simulatæ Bart. cons. 65. Petrus Nicolæ num. 2. in 1. Castr. in l. fin. sub num. 4. C. plu. val. quod ag. attamen sic præsumitur inter ipsos ante actum fuisse † quia incontinenti sequuta est inuestitura, cum pacto affrancandi. Cepol. de simul. contr. in prin. num. 23. & seq. Paris. cons. 54. num. 66. in 1. Crau. cons. 153. num. 9. Præt. cons. 120. sub num. 36. Rol. cons. 47. num. 14. in 4. Rip. in l. si ventri. §. fin. num. 7. ff. de priuil. cred. Ias. in l. rogasti. §. sic io. sub num. 10. ff. si cert. pet. Lazar tract. de moment. tempor. c fin. num. 5. Maximè cùm simus in materia suspecta ita modern. Paris. de vsur. q. 60. sub num. 406. vers. & sic cùm iam. Rota. Auen. decis. 38. propè fin. Crau. cons. 165. in fin. Decian. cons. 105. numer. 18. in 2. Ruin. cons. 42. in fin. in 1. Freoc. de sub feud. lib. 2. q. 16. numero sexto, Roland. consil. 47. numero 14. in 4. Corset. singul. in verbo præsumptio il. 3. Calcan. cons. 84. num. 16. 17. Ettandem, quia sic semper obseruatum fuit, & obseruatur, quòd indigentes pecunijs non agunt terminos venditionis, sed pecunias perquirunt; licet deinde ad hos deueniant contractus; & contrahentium consuetudo debet attendi † vt secundum illam contractus factus præsumatur. Cæpol. de simul. contract. præsumpt. 21. num. 147. Rim. iun. cons. 478. num. 10. & seq. Bero. cons. 2. num. 16. in 2. & 137. num. 31. in 3.

42 43 44

## S V M M A R I A.

1 *Pactum de affrancando, diminuit de rei valore. Contra num. 2. & 9. & quomodo istud intelligatur num. 10.*

2 *Instrumentum dicitur erroneum quando aliter prius*

*conuentum est, quàm in ille continneatur.*

4 *Fraus vsurariorum: qua.*

5 *Fraus, & deceptio deregitur ex pluralitate instrumentorum.*

6 *Fraus, & simulatio non præsumitur in actu, qui recta via celebrari potest.*

*Fraus Bulla de censibus quomodo fiat.*

8 *Dominium rei non transfertur, in contractu censuali.*

*Contractus census, et liuelli pecunia constituti idem est ibid.*

11 *Pactum de redimendo in censibus, & annuis redditibus non diminuit de rei valore.*

## PACTVM I.

### *De pretij modicitate.*



DEVENIENDO modo ad pacta: Primum sese offert, circa modietatem prætij, de quo non est dubitandum: quia Confratres id etiam fatentur, conferentes hanc contrahendi rationem in pij loci vtilitatem: tum quia istud colligitur ex ordine ædito à Serenissimo quondam Gulielmo de censibus ibi. *Hauendo Noi inteso che questi Sudditi nostri, quando hanno bisogno de danari, perle piu non possono esser souenuti, se non col'vender il loro à vilissimo prezzo,* & infra ibi *dano danari, con vsura tale palleata, con retrouendite, che in brieue tempo restano miserabilmente diuorate le sostanze delli debitori.*

Secondò, hanc prætij tenuitatem excusant hac ratione
2 quòd † pactum illud de affrancando diminiut tertiam partem valoris ipsius rei. Soc. cons. 248. col. fin. in 2. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 20. cum sequen. Franch. decis. 17. num. 5. decis. 95. num. 3. Rip. in l. 1. §. si hæres num. 16. ff. ad treb. Borg. decis. 1. nu. 25: 26. in 2. Decianus cons. 23. num. 18 in 5. quia tanquam in fauorem venditoris dicitur pars prætij, & diminuit de rei valore. l. fundi partem, ff. de controu. empt.

Soc.

Soc. conf. 15. nu. 56. in 1. Purpur. in l. petens nu. 108. C. de pact.

Cæterum hoc est millies falsum, quia nullum video pactum retrouendendi, vel affrancandi in primo illo instrumento emptionis, & venditionis: cũ illud sit simplex, & absolutissimum; ideo si Confraternitas hoc casu dicit se minus soluisse: quia propter pactum res minus valebat, hoc modo allegat contraria, & repugnantia, † cum imò voluerit instrumentum esse liberum à principio; & absque aliquo pacto, quo casu nulla considerari potest rei diminutio. Alb. conf. 791 num. 27. 28. quatenus verò Confratria vellit se fundare in illo pacto; & ad ipsum rationem à principio habuisse; † patet quòd instrumentum illud est simulatum, vel saltem erroneum: quia aliter conuentum est, quàm in illo continetur; & consequenter est nullum; bart. in l. tria. §. idem respondet, & ibi Cardin. Alban. ff. de verb. oblig. Alex. conf. 121. num. 2. in 2. conf. 156. nu. 8. & 9. in 6. Ruin. 46. num. 1. in fine, & num. 2. in 5. Boer. sing. 46. in verbo probatio num. 11. Mascard. de probat. concl 253. nu. 2. Surd. conf. 202. nu. 19. & 20. & decis. 288. nume. 41. Huc intrat quòd dicunt DD. in c. ad nostram, vbi præcipuè Imol. sub num. 9. de empt. & vend. scribit quòd altera inuenitur fraus, quia † in instrumento venditionis, non faciunt pactum auari de retrouendendo, sed separatè in altero, quia quãdo emunt, volunt, vt appareat, quod hoc realiter faciunt, & miser venditor cogitur confidere de illis, vt fit de vno lacrista, vt dictum fuit in 1. q. num. 11. Hinc † ex pluralitate horum instrumentorum, tanto magis præsumitur fraus, dolus, & deceptio. Bal. conf. 115. tres fuerunt, sub num. 1. in 1. Rip. conf. 18. sub num. 29. de oblig. in 2 Cæphal. conf. 198. num. 21. Becc. conf. 52. num. 79. nam sicut fraus, & † simulatio, non præsumitur commissa ad assequendum id, quod recta, & aperta via obtineri potest. Modern. Parif. in cõsuet. §. 23. num. 25. Calcan. conf. 84. col. 3. sub num. 9. è conuerso dolus, & simulatio arguitur; quãdo aliquid fit per indirectum, quo recta via fieri prohibetur.

2
3
4
5
6

At quis nõ potest aperta via dare pecuniam super suo

7 do alterius, † vt sibi quotannis quid reddat sub periculo commissi, iuxta Bullam Pij V. de censibus: cuius tenor registratur in Statuto nostro de censibus, ergo nec per indirectum id permittendum est, mediante scilicet per fictam emptionem rei, & deinde per reconcessionẽ ipsius sonantem in naturam emphiteuticam: potissimũ quia ad coniecturandum contractum vsurarium DD. vsi sunt hoc argumento: Vbicumque offenditur ratio, & mens legis vsuras prohibentis, licet non verba; semper dicitur fieri fraus legi. l. non dubium C. de legib. Calcan. conf. 84. num. 7. Natt. conf. 498. num. 7. & 8. at hic offenditur ratio, & mens legis Bullæ Pij V. & Statutum Patriæ de censibus, & licet non verba, quia iste appellatur contractus emphiteuticus, & liuellarius; attamen

8 magis participat de censuali, † quia in censu non transfertur dominium in illum cui census soluitur. Crau. conf. 217. num. 4. Menoc. lib. 3. præsump. 107. num. 15. Nec hic translatum fuit. Ibi venditor fructuum, & redditutum non recedit à possessione rei; nec hic pariter. Ibi venduntur fructus sua pecunia annuali: hic etiam fructus habita ratione ad pecuniam solutam, vt dicam infra in pacto 3. num. 1. & sic defficit nomen census, & annui redditus, de quibus in dicta Bulla, sed in veritate militat eadem ratio, vis, & essentia.

9 Rursus falsum est, † quòd pactum de retrouendendo diminuat de rei valore in contractibus, qui vel vsurarij, vel saltem suspecti sunt, de vsuraria prauitate. Pinel. in l. 2. part. 3. c. vlt. num. 19. C. de rescind. vend. Gabr. conf. 74. num. 21. in 1. Laderch. Imol. conf. 132. sub nu. 3. in fin. Borg. decis. 1. num. 27. cum seq. & num. 26. decis. 16. sub num. 8. & 9. decis. 24. num. 6. in 2. Valasc. decis. 70. sub num. 10. & 11. Bertaz. conf. crim. 229 nu. 20. Siquidem quod pactum de retrouendendo, diminuat de rei valore, procedere potest † in emente cum

10 dicto pacto, & rem retinente; quia re vera rem acquirere intendit, & sic intelliguntur iura, & DD. Sed in emente cum dicto pacto, & reconcedente fundum sub liuello, seu annuo fictu, vel redditu: non est verum: quòd pactum diminuat, de rei valore; quia ille non emit rem,

sed

sed potius redditus ipsius rei: & sua non videtur interesse, an pactum diminuat, vel nè, postquam realiter rem acquirere non intendit: nec ad rem affectionem habet; sed ad redditum, fictum, vel liuellum, ad quem principalem rationem habet, vt diximus in sequenti pacto num. 4. & hæc nostra sententia satis ex Bulla Pij V. de censibus comprobatur, vbi † in contractu censunm, & redditum annuorum, adest pactum de affrancando, & redimendo, & tamen prætium debet esse iustum, & per illud nulla fieri potest diminutio: & tradit Boccat. de censib. part. 1. num. 34. 1

## SVMMARIA.

1 *Pactum de francando de quo agitur, est magis praiudiciale, quàm simplex pactum de retrouendendo.*
2 *Pactum de francado non diminuit de rei valo re.*
3 *Pratium debet esse iustum in censibus num. 4.*
5 *Nauar. reprahenditur*
6 *Pratium debet esse iustum, in annuis redditibus.*
7 *Pensio census non est taxata, sed regulatur iuxta consuetudines regionum.*
8 *Fundus censui suppositus, cuius valoris esse debeat, in contractu census.*
9 *Restaurum fit in contractu census.*

## PACTVM II.

### *De affrancando, & redimendo.*



Ecunda coniectura fraudis ex pacto isto affrancandi colligitur, quod nedum æquipollet illi de retrouendendo, per quod arguunt DD. contractum in fraudem vsurarum in c. ad nostrã de empt. & vend. in c. illo vos de pignor. † verum etiam 1 est magis præiudiciale, vt infra dicam in pact. 9. Felin. in c. si cautio sub num. 70. de fid. instr. Bero. con. 165. nu. 6. & 169. num. 2. in 1. Erroneumq; est dicere † quòd 2 pa-

pactum de retrouendendo diminuat de rei valore, quia istud procedit in emptionibus, & venditionibus veris, quę non habent admixtum alium contractum iux. l. 2. & 3. C. de pact. inter empt. & vend. Borgn. decis. 1. num. 27. 28. in 2. non hic, quia non sumus in veris & pro-
3 prijs venditionibus, vel contractibus liuellarijs: ideo † in censibus prætium debet esse iustum, vt dicit Bulla de censibus, & tamen in illis adest pactum de retrouendendo: & ideo Virgin. Bocac. ibi seu in tract. de censib. part. 1. num. 34. infert quòd ex quo Bulla præcipit, quòd in censibus prætium sit iustum; sublata est hoc modo difficultas illa, an per pactum de retrouendendo in illis appo-
4 situm, diminuatur de pratio: ratio esse potest † quia emptio non est ipsius rei, sed fructuum, & reddituum, & partes non intendunt acquirere rem, sed fructus, & redditus tantùm. D. Cauagnol. ad decreta Montisf. decret. 72. illat. 4. num. 1 & 4. sic, & in isto casu partes non agunt terminos venditionis veræ, nec intentio ipsarum est emendi, & vendendi rem, & fundum: sed fructus tantùm annuos, & liuellos, vt supra dixi. q. 1. num. 19. 23. &
5 26. Dùm ergo † Nauarra. cons. 9. num. 1. de censib vol. 1. dicit quòd nullo iure communi, nec extrauaganti Pij V. est necessaria inquisitio de valore prætij censuarij, sed satis est quod illud sit res immobilis, & quòd verè reddere possit, quotannis tantam, vel maiorem quantitatem reddituum: quam sit census ei impositus malè loquutus
6 est, tùm contra ius commune quo † prætium debet esse iustum, in annuis redditibus. Natt. cons. 498. sub num. 10. tum contra expressam Pontificiam constitutionem, quæ expressè inter formas constituendi censum, voluit: vt prætium integrum, iustumq; esset. D. Cauagnol. d. decret. 22. illat. 4. num. 2. 8. fol. 27. igitur si prætium debet esse iustum, falsum est, quòd quis pro centum habitis, possit supponere fundum valoris mille, vt sentit Nauarr. quia hoc modo prætium est iniustum: Bene verum est,
7 quòd Summus Pontif. † non expressit quanta deberet esse pensio, remittens se ad consuetudines illius regionis, vbi contractus celebraretur. Nauarr. d. cons. 9. num. 2. & tract. de vsur. sub nu. 104. & in fine, sed quòd prætiũ quo

quo emitur census, debeat esse iustum; hoc expresse iussit Pius V.

Exemplum erit in Patria mea, in qua, vt in plerisque fit, præstatur pensio ad rationem octo pro centenario. Vnde volens vendere † census octuaginta, pro prætio mille: hoc modo iuxta formam Bullæ debebit supponere rem, quę verisimiliter reddere possit d. octuaginta annua; vsque adeo, vt cum terra regulariter reddat quinque pro centum. Borgn. decis. 2. num. 10. in 2. Lancell. Galia cons. 88. num. 13. 14. fundus ideo debebit esse valoris scutorum mille sexingentorum; quia regulariter fundus rusticus tanti valoris, poterit reddere octuaginta, atq; ideo si quis supponeret rem duplicis valoris, prætium non esset iustum, habita ratione ad fructus, qui hoc modo longè maiores essent: quàm octuaginta, quod est de directo contra Bullam; & contractus redderetur iniquus: quia nunquàm, aut rarò dari poterit casus restauri, † quia impossibile est, quòd ex re, quæ in duplũ excedit prætium datum, non percipiantur tot redditus, & fructus, quibus pensio solui possit, adueniente etiã aliquo infortunio in ipsis; & si vera sunt, quę dicit Boecat. de censibus part. 3. num. 70. & seq. quòd debet fieri compensatio sterilitatis, cum vbertate præcedentium annorum, hoc modo si census per plures annos ante creatus fuisset, super proprietate duplum excedente, nũquàm dari poterit casus restauri, si aliquo anno grandine, pruina, vel innundatione, aut bello nulli percepti sint: nimirum ergo si Pontifex Max. voluit prætium debere esse iustum; alias contractus esset vsurarius. Non tamen puto quòd si parum excederet, vt quia pro mille supposita esset res valoris bismille, contractus annullaretur, sed esset reformandus.

Hic caderet discussio articuli circa consuetudinem celebrandi hunc contractum verùm quia propriè non potest, sub nomine pacti conuenire: reijcimus lectorem ad sextam quæstionem vbi de hoc latius verba fecimus.

SVM-

pactum de retrouendendo diminuat de rei valore, quia istud procedit in emptionibus, & venditionibus veris, quę non habent admixtum alium contractum iux. l. 2. & 3. C. de pact. inter empt. & vend. Borgn. decis. 1. num. 27. 28. in 2. non hic, quia non sumus in veris & pro-
3 prijs venditionibus, vel contractibus liuellarijs: ideo † in censibus pretium debet esse iustum, vt dicit Bulla de censibus, & tamen in illis adest pactum de retrouendendo: & ideo Virgin. Bocat. ibi seu in tract. de censib. part. 1. num. 34. infert quòd ex quo Bulla praecipit, quòd in censibus pretium sit iustum; sublata est hoc modo difficultas illa, an per pactum de retrouendendo in illis appo-
4 situm, diminuatur de pretio: ratio esse potest † quia emptio non est ipsius rei, sed fructuum, & reddituum, & partes non intendunt acquirere rem, sed fructus, & redditus tantùm. D. Cauagnol. ad decreta Montisf. decret. 72. illat. 4. num. 1 & 4. sic, & in isto casu partes non agunt terminos venditionis verae, nec intentio ipsarum est emendi, & vendendi rem, & fundum: sed fructus tantùm annuos, & liuellos, vt supra dixi. q. 1. num. 19. 23. &
5 26. Dùm ergo † Nauarra. cons. 9. num. 1. de censib vol. 1. dicit quòd nullo iure communi, nec extrauaganti Pij V. est necessaria inquisitio de valore pretij censuarij, sed satis est quod illud sit res immobilis, & quòd verè reddere possit, quotannis tantam, vel maiorem quantitatem reddituum: quam sit census ei impositus malè loquutus
6 est, tùm contra ius commune quo † pretium debet esse iustum, in annuis redditibus. Natt. cons. 498. sub num. 10. tum contra expressam Pontificiam constitutionem, quae expressè inter formas constituendi censum, voluit: vt pretium integrum, iustumq; esset. D. Cauagnol. d. decret. 22. illat. 4. num. 28. fol. 27. igitur si pretium debet esse iustum, falsum est, quòd quis pro centum habitis, possit supponere fundum valoris mille, vt sentit Nauarr. quia hoc modo pretium est iniustum: Bene verum est,
7 quòd Summus Pontif. † non expressit quanta deberet esse pensio, remittens se ad consuetudines illius regionis, vbi contractus celebraretur. Nauarr. d. cons. 9. num. 2. & tract. de vsur. sub nu. 104. & in fine, sed quòd pretiū quo

quo emitur census, debeat esse iustum; hoc expresse iussit Pius V.

Exemplum erit in Patria mea, in qua, vt in plerisque fit, præstatur pensio ad rationem octo pro centenario. Vnde volens vendere † census octuaginta, pro prætio mille: hoc modo iuxta formam Bullæ debebit supponere rem, quę verisimiliter reddere possit d. octuaginta annua; vsque adeo, vt cum terra regulariter reddat quinque pro centum. Borgn. decis. 2. num. 10. in 2. Lancell. Galia cons. 88. num. 13. 14. fundus ideo debebit esse valoris scutorum mille sexingentorum; quia regulariter fundus rusticus tanti valoris, poterit reddere octuaginta, atq; ideo si quis supponeret rem duplicis valoris, prætium non esset iustum, habita ratione ad fructus, qui hoc modo longè maiores essent: quàm octuaginta, quod est de directo contrà Bullam, & contractus redderetur iniquus: quia nunquàm, aut rarò dari poterit casus restauri, † quia impossibile est, quòd ex re, quæ in duplū excedit prætium datum, non percipiantur tot redditus, & fructus, quibus pensio solui possit, aduenientente etiā aliquo infortunio in ipsis; & si vera sunt, quę dicit Boecat. de censibus part. 3. num. 70. & seq. quòd debet fieri compensatio sterilitatis, cum vbertate præcedentium annorum; hoc modo si census per plures annos ante creatus fuisset, super proprietate duplum excedente, nūquàm dari poterit casus restauri, si aliquo anno grandine, pruina, vel innundatione, aut bello nulli percepti sint: nimirùm ergo si Pontifex Max. voluit prætium debere esse iustum; alias contractus esset vsurarius. Non tamen puto quòd si parum excederet, vt quia pro mille supposita esset res valoris bismille, contractus annullaretur, sed esset reformandus.

8

9

*Hic caderet discussio articuli circa consuetudinem celebrandi hunc contractum verùm quia propriè non potest, sub nomine pacti conuenire: reijcimus lectorem ad sextam quæstionem vbi de hoc latius verba fecimus.*

## SVMMARIA.

1 *Pensio qua praestatur in contractu liuellario, soluitur ad rationem pecuniae receptae, non habita ratione ad rem.*
2 *Pensio in contractu emphiteutico debet esse medica. & qua ratione nu. 3. & 5.*
4 *Berg. decis. 45. num. 53. in 1. damnatur.*
6 *Iura loquentia de contractu emphiteutico, non procedunt in liuellario, in quo soluitur quinque pro centum.*
*Qui a dicitur contractus locationis nu. 7. & 8.*
*Et debet fieri restaurum liuellario seu magis conductori. nu. 18. 19.*
*Et omnes extranei haeredes succedunt num. 9.*
*Et melioramenta nunquam amittuntur ibidem.*
10 *Contractus arguitur vsurarius, quando soluuntur sex pro centum, à conductore, seu liuellario, qui primo rem vendiderat.*
11 *Fructus prædiorum, nunquàm sunt vniformes.*
12 *Domus non reddunt quinque pro centenario, sed valdè minus.*
13 *Emphiteuticus contractus dicitur, quàmuis soluatur magna pensio, secundum* Natt. & Corbul.
*Sed malè loquuntur vbi res non prouenit originaliter à concedente nu. 14.*
15 *Pensio magna etiam in vera emphiteusi, soluitur habita ratione ad fructus, non ad dominium.*
16 *Natt. consi. 49. damnatus.*
17 *Conductor ad longum tempus habet dominium vtile. Et soluit pensionem respectu fructuum, non dominij, num. 18.*
*Et illi fit restaurum nu. 19.*
20 *Contractus dicitur censualis inspecta rei qualitate, nomine emphiteusis non attento.*
21 *Pensio magna, qua in feudo praestatur, dicitur solui propter fructus, non in honorem domini.*
22 *Supponens rem propriam oneri emphiteutico, si non soluit,*

*soluit, non cadit: etiā m si fiat pactum in contrariū. nu.14.*

23 *Contractus emphiteuticus est, quando quis dat rē suam propriam ter tio, & sibi dominium directum reseruat.*

25 *Contractus dicitur censualis, quando quis recepta pe cunia supponit bona propria, licet emphiteuticus nominetur.*

## PACTVM III.

*De pensione, seu canone, ad rationem quinque pro centenario.*



NVnc accipio tertium pactum, pensionis scilicet immoderatæ ad rationem quinq; pro quolibet centenario, qui excessus ex pluribus comprobatur.

Primò, quia nullus habetur† respectus ad rem, sed ad pecuniam solutam, vnde ista dicitur præstatio vsuræ, non rei pensio. Ambros. de Vignat. in c. salubriter. num. 105. de vsur. Anchar. cons. 257. sub num. 3. Alex. consil. 120. post princip. vers. si verò d. quantitas in 4. Afflict. decis. 80. num. 8. Boss. de remis. merc ed. conduct num. 114. in fin. Barbat. consil. 8. col. 5. nu. 2. in fin. & num. 3. in 4. Rip. cons. 7. nu. 11. tit de oblig. in 2. Sola in antiq. constit. Sabaud. tit. de pact. inter empt. & vend. glos. 1. num. 14. Natt. cons. 198. num. 14 & 23. Purpur. toto cons. 505. Mascard. de probat. concl. 447. nu fin. Ioseph Lud. concl. 51. col. 9. vers. vndecima coniectura: qui cum loquantur in terminis locationis perpetuæ, factæ ad rationem quinque pro centenario prætij soluti, in præcedenti contractu emptionis ipsius rei, fortius in hoc casu, quo pensio magna est, inspecta † qualitate contractus emphiteutici ini ti, quia debet esse valde modica. DD. in l. 1. & 2. C. de iur. emphit Io. Andr. ad specul. de emphit. §. 6. vers. 4. & tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum, & communiter DD. in c. potuit de locat. Alex. de Neuo, cons. 30.

num-

num. 1. Menoch. 372. num. 7. conf. 444. nu. 3. 4. Becc.
3 35. nu. 2. ideo in re vtili, † & fructifera per ecclesiam
concessa in emphiteusim, diminuitur sexta pars annui
redditus, qui ex locatione simplici p[er]ciperetur. auth.
præterea,& ibi glo. C.de SS. eccles. Io. Bap. Fatret. cõs.
248.nu. fin. in recompensationem damni, quod emphi-
teuta potest in futurum sustinere ob grandines, sterilita-
tes,& alios casus fortuitos: quos solus ipse absque vlla
pensionis remissione subit; quod secus est in conducto-
re glos. in d. auth. preterea in verbo sextam partem, &
sequitur, ibi Bart. numer. 4. vers. quandoque, Salic. in
1 opp. & Castr. nu. 3. & 4. Spec. de emphit. nu 5. Ias.
cons. 54. nume. 5. vers. corroboratur in 1. Rot. Nouis.
decis 720. num. 5. part. 1. Bero. cons. 131. num. 7. 9. &
10. in 1. Lud. concl. 12. vers. intellige. Alex. cons. 122.
sub nu. 2. in 1. Anch. cons. 122. in prin. Lud. Bologn.
4 consil. 54. col. fin. † tametsi Borgn. decis. 45. nu. 53. in
1 dicat hoc procedere de iure ciuili, secus de iure cano-
nico, quod in bonis ecclesiæ seruandum est, quia tex. in
d. auth. perpetua. reperitur canonizatus in c. hoc ius
porrectum §. perpetua 10. q. 2. & ibi tradunt Archid.
Turrecrem. & Præpos. num. 3. & Gemin. nu. 14. dicunt
5 † diminutionem huius sextæ partis permissam esse pro-
pter futura pericula deteriorationis, & sterilitatis. & alia
omnia onera Curt. Sen. cons. 36. num. 2. Zecc. tract. de
vsur. c. 13. col. 10. vers. & canon exiguus fol. 965. quæ
pertinent ad emphiteutam, non ad ecclesiam, & illud fa-
uore ecclesię concedi, quia ipsa est certa de tanta pensio-
ne omni anno, & tamen possent euenire multi casus, qui-
bus emphiteuta tantùm non perciperet, quòd eius dam-
no, & incommodo, non ecclesię cedit; nec ob id dici po-
test ecclesiam in damno versari, cum suum magis in tu-
to ponat, & redditum perpetuo habeat securum, & in-
fallibilem. Borgn. d. decis. 45. nume. 3. Aimo de Al-
uion. lib. 2. c. 18. num. 12. & seq. vnde si ista procedunt
in re verè ecclesiastica, quanto fortius hic vbi talis non
est, nec vnquam fuit vt supra quęst. 1. sub num. 23. &
6 pact. 5. num. 2. Proinde quod † vbi in istis contractibus
soluitur pensio, ad rationem quinque pro centenario,

num-

nunquam dici possit illum esse emphiteuticam, nec iura de emphiteusi loquentia locum habeant, tradunt Aret. cons. 55. num. 4. ad finem Ruin. cons. 161. num. 21. & seq. & num. 26. in 1. Rimin. iun. cons. 40. 162. nume. 10 cons. 461. sub num. 25. 26. cons. 643. in fin. Bursat. 255 sub num. 1. Ceph. cons. 9. num. 12. cons. 523. num. 50. 699. num. 22. & seq 703. num. 14. Siuan. cons. 42. sub num 5. Bald. in l. 1. num. 21. C. de iure emph Soc. in l. gallus §. etiam parente sub num. 6. vers. confirmatur hoc ff de lib. & post. Bero. cons. 130. per totum, & 131. num. 4. 7. cum seq. in 1. Ruin. cons. 57. sub nume. 16. 77. num. 7. in 1. 157. num. 25 in 1. Neuiz. cons. 92. num. 11. in fine. Rim. Senior cons. 419 num. 16. & 421. num. fin. Cott. in memorab. in verbo emphiteut̨ regulariter. Boss. de remiss. merced. conduct. numer. 114. Amo. de alluuione. lib. 2. c. 18. num. 11. cum seq. & nu. 20. cum seq. vbi † dicunt hunc esse verum locationis contractum, nomine non attento: & ita iudicatum fuit in re prorsus ecclesiastica. per Rot. Romanam teste Virgin. Bocc. super Bulla de censibus part. 2. nume. 153. & ita reperitur in decis. nouiss. in ordine 564. parte 1. Becc. cons. 3. num. 22. 23. cons. 35. num. 6. cons. 104. num. 21. Grat. cons. 76. num 15. consil. 82. num. 12. in 2. Vrs. ad Afflict. decis. 258. num. 11. Neuiz. d. consil. 92. num. 45. 47. 50. & 51. Rolan. cons. 96. num. 25. 26. & seq & 44. in 1. Cagnol. in auth. qui rem num. 6 C. de sacros. eccl. in l. 2. num. 202. & seq. C. de rescind. vend. Mascar. concl. 251. num. 9. & 1333. num. 10. Magon. decis. Lucan. 12. nume. 5. & decis. Flor. 117. num. 43. 44. Franch. decis. 235. nu. 2. Port. cons. 144. num. 2. Bellon. consil. 21. Alb. Brun. cons. 12. num. 74 Corset sing. 41. contractus Borgn. decis. 44. num. 55. in 1 Caroc. de locat. c. 64. nu. 7. part. 2. Tesaur. decis. 120. num. 2. Cabal. milleloq. 227. sub nu. 10 Albens. cons. 134. nu 6. 7. 137. num. 2. 3. 148. num. 15. 395. nu. 3. 4. 643. num. 4. & 12. Anch. Reg. tota q. 78. lib. 3. Lud. Bologn. cons. 54. col. fin. Qui omnes DD † volunt quòd hoc casu, quo soluitur ad rationem quinque pro centenario, ista propriè dicatur locatio, & quod ideo debeat fieri restaurum ab ecclesia: periculum rei spectet 8

9 ad ipsam,& quòd † extranei hæredes succedere possint; & quatenus emphiteuta cadat, melioramenta tamen ad ecclesiam non spectare sicut nec illa, quæ facit conductor ad longum tempus Castr. in l. colonus ff. locat. Ias. in auth. qui rem. num. 9. C. de SS eccles. Picus. in auth. præterea num. 12. 14. & 15. C. vnde vir, & vx.

Dico igitur, quod ex hac magna pensione contractus
10 debet iudicari vsurarius, quia si † in casu, quo quis soluit sex pro quolibet centenario; pro locatione rei, sibi factæ, quam antea vendiderat, (quia pro veris locationibus non solent præstari nisi quinque. Paset. consil. 70 nu. 37. 38.) & sic propter hoc vnum tantùm, quod excedit arguitur contractus vsurarius Natt. cons. 498. nume. 11. Paset. d. cons. 70. nu. 37. 38. Lud. concl. 51. col. 7. vers. & stante d. simulatione, & in duodecima coniectura. Borgn. decis. 2. numer. 10. in 2. Calcan. cons. 84. propè finem; Menoc. lib. 3. præsumpt. 122. num. 49. & 50. fortius in istis sub nomine emphiteutico, seu liuellario constitutis. Nauar. relatus à Pinel. in l. 2. par. 3. c. 2. in fine. & capitulo vlt. num. 23. in fine. C. de resc. vend. Zecchius tract. de vsur. c. 13. col. 10. vers. & canon exiguus fol. 965. etiamsi
11 fundus ruralis, † cum illius fructus nunquam sint vniformes, vt hic præstantur. Soc. cons. 130. numer. 14. in 4. Grat. cons. 12. num. 30 in 2. Capic. decis. 65. num. 11. Al-
12 ciat. consil. 3. in proposita num. 13. in 1. si vero † sit vrbanus multo minus, quia de domibus non percipiuntur, nisi quatuor, & vt plurimum minus pro centenario, Cepol. de simul. contract. præsump. 3. sub num. 86. & 89. Natt. cons. 332. numer. 4. Gab. cons. 168. quæst. 8. sub nu. 114. & 115. in 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 9. in quibus annuatim etiam fiunt plures reparationes, & multoties absque nostra culpa vacuæ remanét, & nihil tunc de fructu percipitur: & tamen semper currit liuellus, & canon quoad inuestientem, & sic practicatur: quia dicunt isti contrahentes, quòd hoc casu pensio soluitur in recognitionem dominij, non in recognitio-
13 nem fructuum † quamuis soluatur magna ista pensio, in rationem quinque pro centenario secundum Natt. cons. 49. per totum, & Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon.

canon. ampliat. 12 Surd. decis. 198. num. 20. & seq. qui † tamen in hoc malè loquuti sunt, tum quia inuestiens 14 nullum habet dominium: vt dicam in Pact. 9. tū quia, ipsi loquuntur contra communem opinionem omnium Doctorum. Nam quòd magna † pensio dicatur solui 15 pro vsu rei, & fructuum compensatione, tradunt omnes supra citati, & Menoch. cons. 129. nu. 13. Bertaz. cons. crim. 297. num. 5. Alb. Brun. cons. 41. num. 16. 17. 18. Rim. Sen. consil. 419. num. 16. Rot. nouiss. decis. 720. num. 5. part. 1. quæ infinitos citat doctor. & in specie reprobat † Nattam, qui impugnatur etiam ab Aimon. 16 tractat. de alluuion. lib. 2. c. 18. per totum, & certè si argumenta Nattæ (quæ prius fuerunt Rip. cons. 14. licet dominus tit de iur. emphit. in 2.) vera essent, sequeretur etiam, quòd † conductor ad longum tempus, 17 cum & ipse habeat dominium vtile. Alex. cons. 17. nu. 5. in 4. Ruin. cons. 148 num 6. in 1. diceretur soluere pensionem in recognitionem dominij, sed hoc est falsum, quia † imò soluit in recompensationem fructuum. 18 Ruin. consil. 37. sub num. 10. in 1. scribens, quòd tunc dicitur præstari in recognitionem dominij, quando soluitur quid modicum, & tunc vera est emphiteusis, sed quando magna, dicitur potius vera locatio, † & debet 19 fieri remissio idem Ruin. cons. 77. num. 7. & cons. 161. nu. 21. in 1. in alio ēt labitur Natta, dum vult illum esse contractum emphiteuticum: quia partes sic dixerunt, loquitur enim contra text. in c. constitutus de relig. domib. vbi contractus fuerat † emphiteuticus nominatus, 20 & tamen quia qualitas repugnabat nominationi, fuit iudicatum illum essa censualem, non emphiteuticum, quia attenditur rei effectus, non simplex denominatio vt sic arguit Dec. cons. 163. num. 3. Guid. Papa decis. 186. num. 1. in fine, & Brun. cons. 41. num. 16. 17. & 18. dicit, quòd vbi res aliqua fuit concessa in feudum sub annua pensione † magna illa pensio non dicitur præstari 21 in signum subiectionis, & honoris domini, sed in recompensationem fructuum, quia magis de illo participat.

Plus dicit Afflict. decis. 80. num. 8. quòd in isto casu, quo quis † supponit rem propriam contractui emphi- 22

teutico, ad rationem quinque pro quolibet centenario, non dicatur soluere pensionem in recognitionem domi-nij, nec fructuum; sed respectu pecuniæ receptæ,& licet appelletur emphitensis, talis tamen non est. Vrsil. autem ibi in add. num.7. melius ista declarans dicit, quòd vbi
23 quis concedit † rem suam propriam tertio, & sibi reseruat dominium directum, & aliquid annuatim, tunc talis contractus dicitur emphiteuticus: Alter est non emphiteuticus,sed submissiuus quoties quis indiget pecunijs,& submittit rem suam stabilem,ad rationem puta quinque vel decem pro centenario de redditu annuo; & de isto loquitur Afflict.adeout etiam si fiat pactum, quod si pen-
24 sio non soluatur,† res cadat in commissum,non tamen locus est pacto, nisi pro parte pecuniæ verè exbursatæ; secundum Afflict. ibi. & Vrsil. per totam ipsam add. non habet ipsum contractum pro emphiteutico, sed pro con-
25 tractu annui redditus, † & sic censualis: Nulla enim est differentia inter contractum censualem, & annui redditus; prout etiam dicitur in Bulla Pij V. ibi statuimus censum,seu annuum redditum creari,constituiuè, &c. Si tamen res originaliter proueniret à concedente, etiam si solueretur magna pensio posset appellari emphiteusis; si talis etiam nuncupata fuerit, quia concurrit qualitas originis in concedente. Becç. cons. 35.num.13.

## SVMMARIA.

1 *Pactum in contractu liuellario pecunia constituto, de re non alienanda, sine licentia, arguit contractum fæneratiuum. & de ratione num.2.*

3 *Instrumentorum multiplicatio fraudem arguit.*

4 *Constitutum non operatur translationem dominij in contractu liuellario.*

5 *Dominium nec possessio transfertur ex contractu simulato.*

6 *Dominium transfertur in ecclesiam absq; traditione. Secus in contractu nullo, vel simulato. num.7.*

8 *Rem propriam recipiens in emphiteusim, vel liuellum sibi non praeiudicat.*

9 Ca-

9 Caducitas non potest intentari, nisi quis probet rem ab ipso preuenire,& dominum illius esse. 

10 Cautella Abb. in cap. constitutus de reg. domib. quomodo intelligatur.

11 Contractus an sit censualis, vel emphiteuticus, inspicitur rei origo & num. 13.

12 Pensionem soluens de re sua, sibi non praiudicat.

14 Bona sua recipiens ad liuellum, & illa alienans, vel pensionem non soluens, non tamen cadit.

15 Recipiens bona propria in feudum pro se,& heredibus, fœmina etiam comprehenduntur.

16 Caducitas non procedit contra supponentem rem propriam in emphiteusim, vel liuellum, pratio recepto.

17 Pactum quod liuellarius cadat, si non soluerit, non valet.

18 Gama. decis. 38. reprobatur.

19 Pactum legis commissoria, sicut in pignoribus reprobatur, ita etiam in omnibus alijs contractibus.

20 Bulla Pij V. de censibus, damnat contractus liuellarios.

21 Constitutus in necessitatibus facilè submittit se cuicunque legi rigorosa.

22 Contractum censualem inire ad rationem octo pro centenario, vtilius est, quàm liuellarium ad rationem quinque.

23 Pacta sunt illa, qua damnant contractum censualem; non magna, vel modica pensio.

24 Censum emens ad rationem quatuor pro centenario, cum pacto caducitatis, deuolutionis, vel alterius pœna, vsurarius esset; etiam si in regione celebraretur ad rationem octo, vel decem, pro centenario.

35 Bulla de censibus inducta fuit, ad prohibēdas vsuras, & ideo extenditur ad omnes contractus, in quibus subest ratio illas prohibendi:

26 Contractus annuorum redditum Montisferrati, de quibus per Surd. consil. 155. & 162. explicitè vsurarij sunt, & num 30 & 39.

27 Contractum non iustificat incertitudo, nempe quòd fructus modò sint maiores, modò minores, sed verisimili-

militudo attenditur. num. 46.

28 Pensio in annuis redditibus, & censibus, quæ in fructibus præstatur, reddit contractum magis suspectũ: & quando hoc casu pensio sit moderanda. num. 29.

30 Pensionem in censibus, & annuis redditibus percipiẽs, manu sua, contractum ostendit vsurarium.

31 Locans bona sua mutanti sub iniusta pensione, contractus, redditur vsurarius.

32 Contractus quo maiorem habet conformitatem cum mutuo, eo magis suspectus.

33 Possessio rei vbi debet esse penès emptorem census, vel annui redditus, id repugnat cuicumquè Pontificum constitutionĩ.

34 Emptor fundi, super quo annuus redditus, vel census est constitutus, censum etiam soluere tenetur, & primus venditor census est liberatus, quia non possidet. num. 35.

36 Bulla de censibus derogat omnibus consuetudinibus, quæ directè, vel indirectè contraueniunt eius determinationi.

37 Bulla prædicta dat formam, quomodo omnes contractus redditicij, & censuarij fieri debeant, & præter ipsam factos damnat.

Reseruatiuos tantùm excipit. num. 38.

40 Didac lib 3. ressol. c. 7. sub nu. 5. reprobatur.

41 Surd. conf. 162. numero 15. damnatur.

42 Restaurum fit in contractu censuali, & annui redditus.

43 Emẽs censũ tenetur ad onera, & collectas nõ cẽsuarius.

44 Menoc. conf. 783. reprobatur.

45 Emphiteuta soluens magnam pensionem, non tenetur ad onera rei, sed dominus.

47 Redditus emphiteuticus de quinquè duplo plus valet, quàm redditus censualis, ad rationem octo.

48 Ex contractu emphiteutico acquiruntur iura dominicalia.

49 Pensio ad rationem quinque pro centenario iniqua, in contractu liuellario.

50 Pensio in contractu emphiteutico quare debeat esse diminuta in sexta parte.

PA-

## PACTVM IIII.

*De re non alienanda.*

TRanseo ad quartum pactum, de non alienando sine licentia, sub pœna caducitatis; quod licet subintelligatur de iure, multoties etiam nominatim exprimitur in inuestituris: quod pactum quàm sit durum, & præiuditiale clare colligitur, cum tollat libertatem disponendi de re propria ad libitum domini l. non vsque adeo ff. si quis à par. fuer. man. ex isto pacto arguit contractum † vsurarium. Bero.cons. 169.num. 1
10. in 1. Borgn. decis. 1. sub nu. 75 & 76 part. 1. quia res dicitur † propria ipsius vendentis seu inuestiti, non inuestientis. Paris. cons. 54.num.76.& num.87 cons. 55.num. 2
13.& seq. in 1. Valasc. decis. 70.num. 8. c. 1. ibi possessio liberè ad dominum reuertitur. de vsur. & colligitur ex miscleana tot instrumentorum incontinenti facta, † quæ 3
arguit fraudem, & simulationem Corn.consil. 23. ad finem in 3. Marius Angusc. cons. 53. num. 14.15.& non dicitur venditum, quod in patrimonio effectualiter permanet. l. cum manu sata. §. nemo potest. ff. de contr. empt. Bal. cons. 109. ad sciendum quæ in 4. Rolan. cons. 40. num. 36. in 2. colligitur ex possessione rei, quæ semper permansit pœnes venditores istos quia constitutum in † instrumento appositum non operatur hoc casu translationem dominij: cum simus in re suspecta. Bald. cons. 311. in quæstione Galuagnini. nu. 6. in 5. Castr. cons. 74. num. 3. in 4
2. Rip. cons. 18. num. 26. de oblig. in 2. Grammat. decis. 76. sub nu. 2. & ex contractu † simulato non transfertur dominium, nec possessio l. emptione. & ibi notatur C. plus val. quod agit. Bar. in l. emptori ff. de acqua. pluu. arcen. in l. multum C. si quis alt. vel sibi. c. ad nostras de empt. & vend. c. illo vos. de pignorib. Alex. cons. 5
54. sub nu. 3. in 6. Paris. cons. 54. & 55. in 1. & licet speciale sit in ecclesia † quod transferatur dominium absq; traditione. Iaf. in l. filiusfam. §. diui in 1. lect. num. 74. 6
ff. de leg. 1. attamen vbi contractus est nullus, † & contra 7

legis prohibitionem factus, dominium non trransfertur in ecclesiam, etiam per veram traditionem. Cel. Vgo. conf. 111. sub num. 3. multò minus per fictam. Et licet partes videantur voluisse facere contractum emphiteuticum, at-
8 tamen accipiens † rem propriam in emphiteusim sibi non præiudicat, nec transfert dominium nec poßeßionē in recognoscentem, etiam si sæpius soluerit canonem, siue scienter, siue ignoranter rem suam recognouerit. Curt. senior cons. 70. super controuersia. per totum. Caball. milleloq. 39. Alciat. cons. 57. num. 8. in 5. Paris. cons. 54. nu. 76. cons. 55. num. 13. in 1. Corbul. de caus. priuat. ob non sol. can. amplia. 39. num. 6. cum seq. & num. fin. vbi allegat Alex. Corn. Cumnn. Aretin. Ruin. & Berou. Alios refert idem Corbul. de caus. priuat. ob alien. limit. 18. Soc. cons. 179. in prinip. versic. ex qua conductione in 2.

Dum igitur ex his contractibus, tot sequutæ sunt caducitates, & deuolutiones, quæ nunquam dinumerari poßent satis colligitur, quàm iniustè ista contigerint. Quo-
9 niam, vt caducitas contra aliquem intentari poßit, † necessariò requiritur, vt probetur rem prouenire à concedente, & ad ipsum spectare tanquàm ad dominum, aliàs non procedit caducitas. Bursat. cons. 26. num. 4. 5. cons. 292. num. 1. Sola. ad constitut. Sabaud. de iure emphit. glo. quæro an lapso triennio, sub num. 2. fol. 40. & glo. expriment. num. 13. fol. 24. Alex. cons. 14. num. 9. in 2. dicens, quòd emphiteuta ad hoc vt cadat oportet probare, quod directum dominium rei spectet ad caducitatem intentantem, & quòd emphiteuta istud sciuerit. Ad quam caducitatem facilius inducendam, confraternitates dedita opera faciunt cantare hos contractus sub nomine em-
10 phiteutico iuxta Abbatis † cautellam, in c. cōstitutus nu. 21. de relig. domib. vbi admonet religiosos rem concedendo, quòd sub natura emphiteusis scribi faciant, non census, quia in emphiteusi res cadit in commissum ex pluribus causis: quod non est in contractu census refert Dec. cons. 146. in princ. & alibi sepè. Cæterum sanctè Abbas loquutus est, in casu scilicet in quo religiosi concedunt eorum rem propriam, vnde malè trahitur consilium

lium Abbatis ad bona ista, quæ nunquàm fuerunt eccle-
siæ nec loci pij: quia ad dijudicandum contractum an † 11
sit censualis, vel emphiteuticus, inspicitur origo ipsius
rei, & si fuit obligantis dicitur censualis, non emphiteu-
ticus; nomine non attento, sed rei natura. Dec.cons.163.
non fuisset. sub num. 3. vers. non ob. quod ex quo longo
tempore. Afflic. decis.72. num fin. Rim. Iun cons.218.nu.
95. & Bal. cons.108. quando constat. in 4. dicit, quòd si
† quis soluit pensionem de re sua, non sibi præiudicat, 12
diciturq; res propria, inspecta origine, & prima causa
ipsius, pro qua soluitur: quia si erat soluentis, sibi non
præiudicat: idem repetit cons.374. in 2. & cons.263. ini-
tium sub nu.1.& 2. in 5. dicit, quòd initium contractus † 13
spectandum est, ad dignoscendum cuius fuerint bona. Pa-
ris.54.num.57.in pr. Ideo si det quis bona sua in permu-
tationem aliorum bonorum, sub annua pensione, iste di-
citur contractus censualis, licet emphiteuticus, vel liuel-
larius nominatus fuerit, quia attenditur origo, & natura
rei. Dec.cons.163. col.2. vers. quæ omnia constat, & sub-
dit post nu.3. quod tunc quis non cadit, † nec per alie- 14
nationem, nec per canonem non solutum, sequitur Ne-
uizan.cons.92.num.42. Borgnin. in repert.decis. in verb.
laicus potest. dicens, quòd licet quis possit bona propria
allodialia facere feudalia, emphiteutica, & liuellaria, po-
nendo illa sub annuo censu, & liuello, attamen si non sol-
uit per biennium, vel triennium non cadit, per ea, quæ
dicit ipse decis.43 num.56. in pr. & tract. de vsufruc.nu.
237. post medium. Bursat. cons.48.num.22. cons. 92 nu.
30. faciunt, quæ dicit Purpurat. post Aluar. & Rip. quos
citat consil.367.num.69. vbi si quis recognoscat † in feu- 15
dum rem propriam pro se, & hęredibus, nihilominus ve-
niunt etiam fœminæ. Garzon.tract. de fœm. ad feud. re-
cip. limit.37. quòd secus est, si res originaliter proueni-
ret à concedente: Et quod supponens † rem propriam in 16
emphiteusim propter pecuniam receptam, non cadat;
etiam si factum fuisset tale pactum, voluit Afflict.decis.80.
dicens sub num.5. 6. & 7. quòd tale pactum non valet,
sequitur Vrsil. ibi nu.7. & 8. & quamuis, Afflict. & Vrsil.
ibi velint, quòd pactum caducitatis valeat, ad ratam tan-

tum pecuniæ receptæ. Corbul. de cauſ. priuat. ob non
17 ſolut. canon ampl.4. in fine. attamen † verius eſt, quòd nullo modo valeat. Modern. Pariſienſ. de vſur. num 403. Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. limit. 18. Valaſc. de iure emphit. quæſt. 32 num. 12. & deciſ. 35. per totam. dicens, quòd vbi quis ſubmittit rem propriam in emphiteuſim ſub annuo redditu, & cenſu; & dominium manet penès conſtituentem; tunc licet nominetur contractus emphiteuticus, eſt tamen cenſualis, & pactum, quòd ceſſante à ſolutione per biennium, vel triennium cadat, non valet: quia eſt contra naturam cenſus; & pœna appoſita præter naturam contractus dicitur adiecta ſolutioni quantitatis, & conſequenter in fraudem vſurarum. Bald. & alij in l. cum allegas. C. de vſur. At in caſu iſto dominium rei manet penès venditorem, & conſtituentem contractum em-
18 phiteuticum, vt ſupra dixi nu. 2. Malè ergo † ſcripſit Gama deciſ. 38. vbi vult; quòd ſi quis conſtituat onus annale numorum ſex millium de ficto, ſuper domo ſua pro pretio ſcutorum 25. mil. abdicando à ſe totum dominium, & transferendo in emptorem; à quo res ipſa prouenire cenſeatur, & quòd nō poſſit domus donari, vendi, nec permutari ſine licentia: contractum eſſe emphiteuticum non cenſualem: quia hoc modo omne dominium translatum fuerat in emptorem annui redditus, & penes poſſeſſorem nihil remanſerat, quicquid Senatores primi aliter tenuerint, ſcilicet eſſe cenſualem. Ego verò priores illos iudices rectè iudicaſſe dico, quia falſum eſt, quòd per nuda illa verba dominium aliquod fuerit translatum in emptorem, per text. in l. traditionibus. C. de pact. Item quia intentio vera venditoris non fuerat vendendi edē, ſed ſuper ea conſtituere annuum cenſum; vt dicebant Senatores primæ claſſis, & hoc in terminis dixit Afflict. dict. deciſ. 80. ſub nu. 3. & 4. ibi tamen principale propoſitum partium.

Quinimo dico contractum illum euidenter fuiſſe in fraudem Bullæ Pij V. de cenſibus conſtitutum, & ſi admitteretur talis forma contrahendi, Bulla nobis de vento ſeruiret. Prout, & in caſu noſtro abſolutè dico hos contractus fieri in fraudem Bullæ, & conſequenter vſurarios,

rarios, vt explicitè habetur in illa. Vnde ficut pactum legis † commissoriæ fuit in pignoribus reprobatum, ita & 19
in omnibus alijs contractibus, propter eius odium l.fin. C. de pact. pignor. Alex ind. conf. 178. num. 1. in 7 Modern. Parif. de vfur. fub num. 362 Lancellot. Galia conf. 49. num. 5. & nedum formale pactum legis commifforiæ, fed etiam fimile reprobatur. l. 1. C. de pact. pign. Moder. loco citato Surd. decif. 248. num. 11. & iftud eft, quod voluit Bulla: quæ ficut damnat † contractus cenfuales 20
fub alia forma fiendos, ita etiam fi fub alio nomine puta emphiteutico conftituantur, quia militat eadem ratio. & licet non adfit formalis contractus cenfus, vel annui redditus, eft tamen fimilis, & eiufdem rationis: quia is fupponit rem fuam, & promittit fingulis annis foluere certum redditum, fub periculo commiffi, igitur æquè ifte prohibitus. l. non dubium. C. de legib. l. fin. C. de vfur. Item quia principalis intentio clericorum, & Confraternitatum eft aliquid percipiendi ex eorum pecunia habita ratione ad illam nō ad rem, vt fupra in prima quæftione. num. 19. cum feq. & Pact. 3. in prin Si contractus ifte permitteretur facilè admodum effet fraudem Bullæ facere de contractu ad contractum, quia quis non emeret fructus, fed rem, & deinde ad illum deueniret (vt quotidie fit,) & fic eadem eft ratio prohibitionis, imo maior: quia magis aggrauatur contrahens in neceffitatibus conftitutus, qui dummodo confequi poffit pecuniam, cuius maximè indiget, non curat, † vel quod contractus cantet fub nomine cenfus, vel emphiteufis, aut liuelli, fubijciendo fe caducitati, ac cuicunque legi rigorofæ d. l. finali. C. de pact. pignor. Salicetus in l. fi ex cautione. C. de non num. pecun. Modern. Parif. de vfur. fub num. 364. quia enim debitores egent, & creditores abundant hinc eft, quòd quicquid ifti volunt, & petunt illis præftare non recufant, vt pecuniam confequantur. Hoftienf. & Io. Andr. in c. illo vos, in fin. de pignor. & licet videantur magis confulere vtilitati indigentis dando pecuniam ad rationem quinque pro centenario † quam fi 22
cenfum emerent, pro quo foluuntur octo, non tamen animaduertunt miferi hi, quòd nomen iftud emphiteuti-

cum

eum, tunc demulcet aures, & foris apparet Agnus, sed intus est lupus rapax, quia in futurum per mille casus rapit, & deuorat eorum bona, & sine aliqua ipsorum culpa, nempe per deuolutionem ob lineam finitam, quod non contingit in censu: Promptiores sunt homines ad præsens malum quàm ad futura pericula præcauendum. Omne futurum despicitur, suadétq; præsentia fructum, glo. 1. in l. cum ij. ff. de transact. Rot. Auen. decis. 148. num. 1. Et si diceretur, quòd non videtur contractus iste contra Bullam, nec in eius fraudem factus, quia minus soluitur quàm in il censuum, quia in aliquibus regionibus non solum octo, verùm etiam nouem, & decem pro centenario præstantur. Respondeo, quòd Sum. Pontifex † non
23 considerauit magnam, vel paruam pensionem, sed pacta, & conuentiones contrahentium, quod patet, quia Bulla nullam facit mentionem de pensione, sed tantùm de pactis, vt sunt illa caducitatis, deuolutionis, pœnæ dupli, solutionis laudimij, prohibitionis disponendi de re, & similibus, ob id dicit Virgin. Boccat. & bene super. dicta
24 Bulla part. 2. sub nu. 37. & 55. quod † si quis faceret cōtractum censualem ad rationem quatuor, vel quinque pro quolibet centenario, cum pacto commissi deuolutionis, vel alterius pœnæ, quòd res non posset redimi pro eodem prætio, non subsisteret, sed ipso iure esset vsurarius, nō obstanteq; in Regione illa fieret ad rationē 8. vel 10. pro cētenario; quia pacta in perniciē vēditoris census sunt illa, quæ damnant contractū, nō magna, vel parua pensio. Non diffiteor tamen quòd si pensio esset excessiua, vltra quàm frequentaretur in loco, quin contractum inficeret. Cassan. consil. 63. num. 17. sed dico, quòd principalis intentio Pontificis fuit, in pactis præiudicialibus, quæ cum hic concurrant; licet etiam iustum prætium à principio solutum fuisset non debet valere contractus iste liuellarius, vel emphiteuticus; quia † cum Bulla fa-
25 cta sit ad prohibendas vsuras, extendi debet ad omnes alios contractus, in quibus militat ratio, vel reddituum, vt hic, vel prohibendi vsuras, Rimin. iun. cons. 218. nu. 45. 47. cum seq. Decian. cons. 62. nu. 22. in 3. Rip. cons. 4. bonæ memoriæ, aliàs 19. in fine, tit. de constit. in 1. vbi subdit,

dit, quòd ad remouendas fraudes vsurarum, debet porrigi lex, & constitutio, etiam ad casus non expræssos: quia malicicijs hominum est obuiandum. Hinc Franc. March. decis. 21. part. 2. quærit, an stante edicto Delfinatus per quod prohibitum erat acquiri annuos redditus, vel pensiones in vino, blado, & alijs rebus præterquam in pecunia ad rationem quinque pro centenario, & iam factas acquisitiones reduci ad dictam limitationem in pecunia, quis possit de cætero tradere fundum proprium in censum, vel emphiteusim sub annuo redditu bladi, vel vini, & dicit casum istum non videri compræhensum in edicto illo, quia loquitur in acquirente, & iste non acquirit pro aliquo pretio censum aliquem, sed dat bona sua sub illa conditione, & quilibet potest in traditione rei suæ, quęcunque pacta apponere; secus si quis acquireret annuum censum, vel redditum super aliqua re, & deinde illam concederet in emphiteusim, vel rem emeret, & dein de illam reconcederet in emphiteusim sub annua pensione bladi, vel vini, quia iste cōtractus cōprehenderetur in edicto, ex quo inspecto principio, & rei origine; ista est acquisitio vera annui redditus, qui est prohibitus. Tandem subdit num. 14. quòd cum ratio statuti, & edicti fuerit ne subditi Delfinatus depauperarentur soluendo redditus, & pensiones in vino, & blado, quorum prætium, vt plurimum valde augetur, nec vnquam remanet in eodē statu. l. prætia rerum. ff. ad l. falcid. consequenter ratio illa militat etiam quando quis dat rem propriam sub dicto annuo censu, & pensione vini, vel bladi, & sic non tantùm ille redditus emphitheuticus, qui pecunia acquitur est prohibitus; verùm etiam ille reseruatiuus; Ecce ergo quòd Franc. March. nullam facit differentiam, vel quòd quis emat recta via redditus super re aliena, vel rē emat, & deinde reconcedat sub annua pensione: vt contingit in his contractibus liuellarijs, seu emphiteuticis. Imo stante ratione generalis Decreti extendit illud ad concessiones, quas immediatè quis faceret de re sua super ipsa, imponendo redditum in vino, vel blado, & de eodem edicto loquitur Rip. cons. 4. bonæ memoriæ. titul. de constitut. in 1. & cons. 21. num. 2. tit. de obliga. in 2. Ex

quibus

26 quib⁹ omnib⁹ infero † cõtractus emptionis redditus, qui fiũt in patria Montisferr. (de quib. per Surd. consi. 155. & 161. vbi conatur sustinere illos non compræhendi sub dicta Bulla) esse illicitos, & prorsus annullãdos, tamquã explicitè in fraudem vsurarum machinatos, siue considéremus illos ante Bullam Pij V. Siue post confectos, quia cum venditor redditũum, secundum consuetudinem dicti Status transferat possessionem fundi super quo redditum constituit in emptorem: hoc modò istud dicitur maximum onus, & præiuditium venditoris, tametsi videatur contractus illi honestari sub vellamine, quòd ignoretur quanti sint redditus, qui percipiuntur, vt. pot. quòd modò sint maiores, modò minores. Surd. d. consil. 162. num. 32. attamen abest multum à verisimili, quòd accedens ad illum contractum se prius ad amussim informare nollit de redditibus ipsis, & ego scio, & vidi, quòd plerunque diuites recusant emere, nisi vltra octo pro cẽtenario verosimiliter singulis annis percepturi sint: vltra quòd cum prętia rerum per tempora varientur. l. prætia rerum. ad leg. falc. possibile est, quòd redditus, qui à principio fuit iusto prætio emptus, spacio quindecim, aut viginti annorum duplo plus reddat, & sic versatur maxima venditoris iactura; Nec dicatur, quòd quemadmodum potest crescere, ita etiam decrescere, quia vltra quòd experien-
27 tia docet contrarium, non est etiam verisimile, † & iura adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt. Natt consil. 548. sub num. 40. Surd. d. consi. 162. num. 35. Gram. decis. 76. num. 14. & ante illos gloss. in l. si ea lege. C. de vsur. Butr. in capit. in ciuitate, sub num. 8. de vsur. Curt. Iun. in l. 2. § mutui datio sub num. 23. vers. in materia enim. ff. si cert. petatur. DD. in cap. salubriter. de vsur. Proinde vbi redditus, seu pensio redditũum præstatur à venditore in
28 vino, † blado, & similibus commestibilibus, semper DD. contractum habuerunt magis suspectum. Virgin. Bocc. de censib. part. 2. num. 48. in fine. Franc. March. decis. 21. num. 2. part. 2. & licet Bulla hos redditus expressè non prohibeat, non indè tamen sequitur, si deinde valdè excedant, quòd reduci non debeant ad debitum modum, vt per Boccat. de censib. par. 2. num. 9. & 48. & part. 3. num.

52.

52. cum sequen. Moderni Parif. de vsur. quæstio. 21. num. 215. cum seq. Tesaur. decis. 154. in fine. decis. 120. & 226. & 259 versic. nec offic. Borgnin. decis. 13. num. 44. in fi. & num. 47. in 2. itaut † non excedant septem pro centenario annis singulis. Rota Auenionen. decis. 66. in fine. Quod si verum est quando venditor ipse est ille, qui possidet, & in certa aliqua mensura, vel pondere præstat fructus, & redditus; fortius, vbi possessio rei transfertur in emptorem, qui percipit manu sua fructus, & redditus ipsos, non restrictos ad aliquam quantitatem, sed generaliter quotquot nascuntur, vt contingit vigore dictę cōsuetudinis, quia † tunc dico contractum esse vsurarium, per text. in l. si is, qui bona. ff. de pignor. in l. si ea pactione, & in l. si ea lege. C. de vsur. vbi Anticresis ista appellatur, vbi quis dat creditori rem possidendam, & fruendã donec sibi pecuniam reddiderit, absque eo quod teneatur computare fructus in sortem, sed illos lucrifaciat pro vsuris, & interesse. Bald. in l. 1. C. de distract. pig. Abb. in c. 1. in 1. notab. de pignorib. Neguf. de pigno part. 5. memb. 5. num. 10. Surd. cons. 194. num. 14. & ita explicitè in terminis Modern. Paris. de vsur. q. 35. num. 259. & sequentib. vbi dicunt, quòd si venditor redditus eodem contractu tradat emptori fundum super quo redditus constitutus fuit, vt quoad redimat percipiat ipse manu sua fructus, & redditus: contractus est vsurarius, quia debitor actu notabiliter plus grauatur, potissimum si tradit fundum maioris valoris, amittit enim possessionem ipsius fundi, & vsum, & fruitionem, & multa commoda, præter annuum redditum, inde prouenientia: creditor autem, seu emptor vltra annuum redditum, & pleniorem securitatem, habet vsum fundi & vbi deberet in simplici redditu, & censu percipere fructus, nisi in fine anni, hic continuè: si fundus est vrbanus, semper ante terminum fructus percipit, & lucratur, & in summa loco simplicis redditus ad finem anni persoluendi, plenum vsum, fructum perpetuum, ad hæredes, & quemcunque successorem transmissibilem, & cessibilem consequitur videantur Modern. Paris. vbi supra. num. 260. cum seq. vbi plura alia adducunt ad probandum contractũ istum illicitum, & vsurariũ. Quando-

quis

quidem si Gemi. consi.16.& Rubeus cons. 20. damnaue-
31 runt contractum illum, † quo quis ductus ex mutuo
sibi facto, locauit bona sua mutuanti sub aliquali iniusta
pensione. Vrsil. ad Afflict. decis. 20. num. 10. Capic.
decis. 49. Borgnin.decis.32.num.55.cum seq.in 2 Curt.
Iun.in l. 2. §. mutui datio. num.19 20.cum seq. ff.si cert.
pet. Soc.Sen.in l. si quis nec causam, num. 12.ff. eodem.
Menoc. cons. 109. num.19. multo fortius isti damnandi
sunt, vbi non fit locatio, nec aliquid præstatur domino,
vel compensatur, sed dantur absolutè bona gaudenda, &
fruenda quousque pecunia recepta restituatur: quo casu
ista propriè dicitur anticresis, de qua per Balduin.de pi-
gnor. capit. 16. Gail. lib.2. obseruat. 3. & profecto si cō-
tractus iste admitteretur de facili fieret fraus legi, de an-
tichresi loquente: quæ hodie prohibita est cap. conque-
stus, de vsur. & ibi DD. quia promptum esset non con-
cipere contractum sub nomine mutui, sed palleare sub
nomine acquisitionis redditnum, per ipsum acquirentē
percipiendorum, donec sors sua sibi restitueretur, quod
in idem reincidit, contractus hìc mutuo affinis est omni-
32 noq; assimilatur, & adminiculatur: & contractus, † quo
maiorem habet vicinitatem cum mutuo, (vt hic in an-
tichresis) eò magis suspectus est. Bald.cons.487. apparet
sub num.1. in 1.Castr.cons.290. præsens sub num.3.in 2.
Ias.cons.174.n.12.in.prin.Natt.cons.498.sub num.11. nā
in antichresi debitor numquàm cogitur soluere sortem si
non vult: quia pactum concipitur, quòd donec restituat
sortem, creditor lucretur fructus, sic & in istis contracti-
bus. Si verò cogi posset, post aliquod tempus contractus
ipse vsura vsu rarior esset. Io. And.in cap. in ciuitate.
de vsur. Castr.cons.290.præsens dubium sub num.1. vers.
est verum quòd in principio in 1. Dec. cons. 123. perle-
ctis, col.2,

Tādem dico, quòd si discurrantur omnes Summorum
Pontificum constitutiones census, & annuos redditus
permittentes, & principaliter illæ Martini, & Calixti de
quibus in c. 1. & 2. de empt.& vend. in extrauag. nunquā
inueniri poterit contractum illum fuisse approbatum;
Imò clarè ex illis colligitur bona censui supposita fuisse,

& semper remansisse penes venditores censuum, & annuorum redditũum; quia editæ fuerunt sub eo prætextu, q̃d venditores, qui semper soluerant, modò recusabant sub colore, quòd contractus illi viderentur vsurarij. Vnde præcipiũt ibi Sum. Pontifices venditores omninò cogendos soluere census, quia contractus eo modo celebrati erant liciti. Ex quibus verbis colligitur, quod emptores non habebant corporalem rei suppositæ possessionem, (vt hic contingit) quia non dixissent, quòd venditores cogerentur ad soluendum, prout aliàs fecerant. Idem colligitur ex Bulla Nicolai V. concessa Regno Siciliæ de anno 1452. vbi dicitur, quòd ab emptore nihil vltra percipiatur, nec exhibeatur à venditore præter censum solum, non excedentem decimam partem recepti prætij. Et tandem hãc nostram opinionem videtur tenere Castr. consil. 290. col. fin. vers. 5. fort ius, & vers. his tamen non obstantibus in 1. & explicitè Boccat. de censib. part. 2. num. 66. 72. 129. 167. & seq. & Nauar. de vsur. nume. 137. & 138. dicens, quòd vbi † possessio rei debet esse penes emptorem census, id repugnat constitutionibus tàm antiquis, quàm nouis, de censibus, & redditibus loquentibus. Inferens ideo quod vana est clausula constituti, & præcarij, quia verè vendens redditum, & censum non vendit rem, nec desinit illam possidere Zech. de vsur. c. 10. sub duodecima conditione, & hoc non habet dubium, quin fundus debeat necessario permanere penès venditorem, quia dicitur in Bulla, quòd venditor census potest fundum ipsum vendere, & in alterum transferre ad eius libitum, facta tamen præmonitione, &c. Emensque fundum † est obligatus soluere censum, quia res transit cum onere suo, vt per Bocca. qui plures allegat, de censib. part. 1. num. 22. 23. 24. cum sequen. Nauar. de vsur. q. 22. num. 116. Crau. consi. 217. num. 3. & dicit Boccat. loco citato, quod facta venditione rei censuatæ, non potest amplius † conueniri venditor, sed possessor & idem dicit, num. 40. dict. par. 1. & parte 2. num. 1. in fi. & num. 2. & 38. Valasc. de iure emph. quæst. 32. num. 14. in fine. & cum magnum sit commodum possessionis. Bald. in l. fin. quæst. 6 C. de edict. diu. Adr. tol. Rip. in cap. sæpe num. 2. de resti. spol. videtur,

33 34 35

tur, quòd consuetudo ista Status Montisferrati sit maxi-
36 mè præiudicialis, & cum Bulla † deroget omnibus con-
suetudinibus, quæ directè obuiarent determinationi, de
qua in illa Naua.num. 135. Bocc.par. 3.num. 41. 42. se-
quitur quòd & ista dicitur prohibita, & reprobata. Bocc.
par. 2. sub num. 20 & sub nu. 36 & 205. 206. & sub num.
208. cum inducat, quòd emptor redditūum percipiat il-
los manu sua. Surd.dict. consil. 155. & 162. In summa,
37 Bulla † compræhendit omnes census, & redditus pecunia
constitutos super alienis bonis, & intentio Pontificis fuit
dare formam, & normam quomodo contractus omnes
censuales, & reddititij fieri deberent: prohibens omnes
alios tamquam vsurarios, qui sub alia forma fierent Bocc.
38 de censib.par 2.num. 20. & 38. & tantummodo † reser-
uatiuos excludit, vt millies fatentur Nauar. & Bocc.part.
1.num. 86. par 2.num. 22. 64. & 65. Menoch. lib. 3. præ-
sumpt. 107.num. 5. & 7. & tamen in reseruatiuis censum
percipiens rem corporaliter non possidet, sed ille qui sol
uit. Boccat par. 2. num. 188. ergo cum isti Montisferrati
sint constitutiui, sequitur, vt comprehendantur in Bulla,
39 † & consequenter vsurarij sint. Et ita teneo, quicquid
dicat Surd dict. cons. 162. qui dum colligendo alias diffe-
rentias conatur sustinere contractum, de quo in patria
sua, non esse compræhésum in Bulla Pij V. dicens, quòd
in censu principaliter persona est obligata, & secundariò
res, quòd secus est in contractu suæ Regionis. Dico, qđ
40 istæ sunt rationes † Didac. libr. 3. cap. 7. variar. resolut.
nu. 5. vers. quarto si contractuum: & falsæ: quia imò prin-
cipaliter, & expressè bona obligantur, & secundariò per-
sona, & ita reprehenditur Didac. à Boccat. de censib. par.
1. num. 21. 27. & seq. & à Corbul. de cau. priuat. ob alien.
ampliat. 49. num. 12. & seq. Similiter dum dicit Surd. nu.
25 quòd emptor fructuum si nascantur illos percipit, sin
minus nihil prætendere potest, quòd secus est in censu,
quia siue fructus nascantur, siue non, semper census, seu
41 pensio soluenda est † malè loquitur, quia si casu fructus
non nascantur, fit restaurū venditori census, † & annui
42 redditus. Boccat. dict. tract. part. 3. num. 69 cum sequent.
Tolet. in summa lib. 5. cap. 45. vers. tertium dicens, quòd
censum

censum emens dicitur emere fructus rei, ergo suo debet emere periculo: quia emit ius in fructu, & vbi fructus perit, ius in fructu etiam perit Zech. tracta. de vsur. cap. 19. col. 17. vers. decima conditio in fine, vbi scribit, sicut pereunte fundo, perit omninò census vigore Bullæ Pij V. sic pereuntibus fructibus, debet perire pensio & latè sic tenet D. Cauagnol. ad Decr. Stat. Montisf. lib. 2. Decr. 72. illat. 4. num. 16. cum seq. Lucas de Pena in l. fin. column. penult. nu. 14. C. de fund. limitrof. libr. 11. Castr. consi. 190. præsens dubium propè finem versic. item non obstat, quòd hìc subijciuntur in 1. Natt. consi. 114 num. 1. in fine, num. vltimo. vers. concludo, vbi .n. soluitur magna pensio, seu canon fructibus correspondens, semper fit remissio propter sterilitatem, etiam in emphiteusi. Soc. in l. Gallus. §. etiam si parente (nb nu. 6 ff. de liber. & posth. Valasc. de iure emphit. quæstio. 27. num. 11. qui infinitos citat. Cotta in memorab. in verbo emphiteutæ regulariter D. Cauagnol. d. illat. 4. num. 18. 19. secus si quid modicum, de censu soluatur, vt ipsi dicunt, & ita procedere possunt, quæ in contrarium adducit Surd. loco citato Bero. consi. 131. num. 7. in 1. Gozad. consi. 83. num. 11.

Amplius dum subdit Surdus alteram adesse differentiam: quia emptor fructuum, & reddituum tenetur soluere collectas, † & onera, quia ipse est, qui percipit illos 43
secus in emente census malè loquutus est, † prout etiam 44
Menoc. toto consi. 983. quia imò emptor census tenetur ad collectas, & ad alia onera, vt infinitis medijs probauit Molignatus I. C. Vercellensis in pleno suo consi. quod circunfertur, omnibus contrarijs respondens, & in fine dicit sic iudicatum fuisse, idem tenet Purpurat. consil. 356. num. 3. Boccat. de censib. part. 2. num. 123. quos refert, & sequitur D. Cauagnol. loco præcitato num. 1. & seq. fol. 25. Lucas de Pena, & Natt in locis citatis nume. 42. Siquidem & emphiteuta possidet rem, & fructus manu sua percipit, † & tamen si magnam soluit pensionem, 45
nõ tenetur soluere onera, & collectas, sed dominus Ruin. consi. 77. num. 6. & 7. in 1. Clarus de emphit. quæst. 46. Borgnin. decis. 44. num. 55. in 1. Alberi. consi. 368 num.

3.& 4. Aymo de aluuion.lib.2. cap.18.num.17. Ludou. Bologn.conf.54.col. fin.

Tandem dum Surdus dicit hanc esse maximam differentiam,quia census continet certam quantitatem præstandam.contractus autem suus redditum, & fructuum incertam; Respondeo falsum esse pensionem semper in contractu censuali esse certam infallibilem, & vniformem,quia contingere possunt plures casus fortuiti, ex quibus nihil etiam percipiatur,& aliquando minus,quã sint octo pro quolibet centenario,vt supra diximus. Vltra quod incertitudo illa quam considerat Surdus con-
46 tractum suum non iustificat, † vt supra ostendimus nu. 27. & in fortioribus terminis Alex. consil.121. viso themate num.7. in 4. Bero. in cap. in ciuitate, sub num. 9. in cap. final. num 1. de vsur. quia attenditur verisimilitudo. Butr. in cap. in ciuitate, sub num. 8. de vsur. gl. in l. si ea lege. C. eod. & alia pacta præiudicialia. Dec. cons. 123. perlectis. colum.2. in fin.versic. secus ergo videtur.

Redeundo modò ad materiam nostram, vnde digressi
47 eramus,dico redditum emphiteutecum † duplo plus valere,quam simplex redditus ad rationem octo Modern. Paris. de vsur.sub num. 401.quinque enim perpetua singulis annis absque libero pacto redimendi, (vt hic)magis valent,quàm octo temporalia, & cum pacto redimendi absoluto,sicut & res empta sine pacto redimendi, magis æstimatur, quàm cum ipso. Rursus certitudo fructuum est consideranda, quia minus valent octo incerta, quàm quinque certa,& infallibilia(vt in isto contractu) vnde quo magis fructus sunt securi,& firmi,eo magis debet augeri prætium, quo venduntur. Tolet. in summa
48 lib.5.cap.45. Amplius ex contractu emphiteutico † quis acquirit iura dominicalia directa quę multum æstimantur. Modern. Paris. de vsur. q. 57. sub. num. 401. Rot. Auenion.decis. 38. sub num. 1. vers. denique facta, quia inde proficiscuntur lucra laudimiorum, & caducitatum, ex mille ferè diuersis causis, in tantum quod contingere potest,breuissimo etiam temporis lapsu dominum directum consequi rem ipsam,cum meliorationibus vltra li-

uellos

uellos, ad rationem quinque pro centum receptos, & ante consequutos. Quæ omnia sunt magni momenti, & consequenter prætium solutum etiam si esset iustum, habita ratione ad fundum ipsum, iniquam tamen esse † pensionem ad rationem quinque pro centenario certissimam, & infallibilem dicendum est: quoniam si casu fortuito, & penitus inopinato res periret dum modò remaneat area, miser emphiteuta non tantùm tenetur soluere canonem solitum, verum etiam ædificium, vel domum (si talis erat) proprio ære restaurare. Surd. decis. 198. quod nimis durum videtur, hoc modo aliquem per solum dominium directum acquisitum, esse longè melioris conditionis, quàm si vtile, & directum simul ipse comparasset, faciunt dicta in quæstione 1. num. 37. Quandoquidem si fuisset dominus insolidum, periculum interitus rei spectasset ad ipsum, non ad tertium possessorem, aut detentorem, penès quem casus, & fortuna contigisset, sine sui culpa. Nimirum ergo si DD. volunt, quòd in propria, & vera emphiteusi † sexta pars iustæ pensionis relaxetur, quia emphiteuta, qui subiacet tot casibus, & infortunijs releuari debet in altero, vt quod modicum soluat. Bart. in authen. præterea. C. de sacrosanct. eccles. Cur. Sen. cons. 36. num. 2. Beron. 131. num. 9. & 10. in 1. Castrens. in l. colonus. in fine. ff. locat. & dictum fuit supra in Pacto 3. 49 50

## SVMMARIA.

1 *Paria sunt canonem non soluere, & rem irrequisito domino alienare.*

2 *Soluens quinque pro centenario in contractu liuellario, non cadit.*

3 *Emphiteuta omittens soluere quod modicum, dicitur dominium contemnere, ideo cadit, num. 4.*

5 *Liuellarius dicitur soluere, habita ratione ad pecuniā receptam.*

6 *Emphiteusis confraternitatum est laicalis, & profana. In qua non datur caducitas, nisi post triennium, numer. 7.*

8 *Pactum per quod liuellarius cadat post bimestre, reddit contractum vsurarium.*

9 *Supponens rem propriam oneri emphiteutico, & non soluens, non cadit.*

10 *Caducitati non est locus, nisi illam itentans, probet rem à se originaliter prouenire.*

## PACTVM V.

*Circa caducitatem ob non solutionem liuelli, seu canonis.*



Vintum insurgit Pactum, & quidem rigorosum caducitatis nempè ob non solutũ canonem, & cum † paria sint, canonem
1 nõ soluere, & rem irrequisito domino alienare. Anchar. in capit. potuit. de locat. Soc. consil. 208. nume. 5. in 2. Ruin. consl. 166. num. 13. in 1. militant, quæ in præcedenti diximus Pacto.

Eo magis autem, in emphiteusi, vbi quis soluit canonem ad rationem quinque pro centenario, † quia tunc
2 non est locus commisso. Bursat. cons. 122. sub num. 14. & 15. Gabr cons. 82. num. 12. & 13. in 2. Rub. in l. Gallus. §. quidam recte num. 207. ff. de lib. & posth. Bec. cons. 35 num. 6. facit Tesaur. decis. 120.

Ratio enim quare emphiteuta cessans soluere canonẽ cadat, ea est: quia cum soluatur quid modicum, dicitur dominum † contemnere: quia pensio soluitur in signum
3 honoris, & recognitionis domini. Bald. in l. item si verberatum. §. si quis rem. ff. de rei vendica. Brunus cons. 41. sub num. 17. 18. Sola tit. de iure emphit. glo. res feudalis, sub num. 7. fol. 14. Purpur. consil. 484. num. 6. meritò cessans soluere illud modicum † cum facilè possit.
4 debet cadere. Bald. in l. 1. nume 21. C. de iur. emphit. Bursat. cons. 429. num. 29. At hic soluitur habita ratione ad fructus, † seu mauis ad pecuniam receptam. Boss.
5 de remiss. mercedis conduct. sub num. 114. Afflict. decis. 80. sub num. 8. ergo quis non debet cadere. Bursat. Gabr.

&

& Rub. in locis citatis.

Amplius ex alio istud pactum est magis præiudiciale: quia solet admodum restringi tempus solutionis, quàm quòd à iure communi sancitum est; Nam cum omnes istæ Confraternitates regantur à laicis, & personis secularibus; & consequenter emphiteusis sit laicalis † & profana; 6
non ecclesiastica. Magon. decis. Lucens. 19. num. 15. & sequen. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. num. 31. Gabriel cons. 162. in 1. Bursat. cons. 55. nume. 14. Tiraq. de priuil. piæ caus. in præfat. col. 2 & conclus. 1. Iason cons. 218. in 2. Paris. toto cons. 34. in 4. Rom. cons. 477. in casu propositæ. num. 10. & 17. Anton. Gab. de piæ causa, conclus. 1. num. 11. & sequen. Nauar. cons. 5. num. 4. & 5. tit. de offic. Iud. ordin. volum. 1. quo casu requiritur † quòd quis cesset per triennium in solutione canonis. l. 2. C. de iure emphit. Vt plurimum autem coarctetur tempus istud ad duos menses; post primum annum; inde contingere potest, quòd statim inito contractu miser emphiteuta lapso primo anno, & non soluendo, bonis suis priuetur, quod est odiosissimum, & reddit contractum † magis vsurarium, Barbat. cons. 8. col. 10. in fi. in 4. quia est contra eius naturam. Purpura. in l. 2. num 36. ff. si cert. pet. Sola de iure emphit. glo. 7. in ver. exprimant. sub num. 14. fol. 24. Quia cum ista non sit vera emphiteusis, nec ideo in illa procedat text. in l. 2. in fin. C. de iure emphit. nihilominus si talis esset, omnis recessus à iure communi; vt hic dicitur odiosus, l. ius singulare. l. quòd verò contra. ff. de legib. capit. cum dilectus. de consuet. Et in terminis, quòd vbi quis supponit rem propriam oneri emphiteutico † pro aliqua pecunia recepta, cessans soluere non cadat; etiamsi adsit pactum caducitatis, scribit Vrsil. ad Afflict. decis. 80. num. 8. & decis. 129 sub num. 4 & 5. Valasc. de iure emphit. q. 32. nu. 31. & Borgn. decis. 32. num. 84. in 2. ait, quòd si Ecclesia non probat euidenter bona à se prouenire † licet ostendat inceititaram, nihilominus caducitati locus non est. Bursat. cons. 48 num. 22. cons. 292. in fine. Borgn. decis. 43. nume. 56. part. 1. & tractat. de vsufruct. numer. 237. Rimin. iun. consil. 461. num. 31. Sola in antiq. Constit.

Sabaud.

7 8 9 10 

Sabaud. de iure emphit. glos. 7. sub num. 13. vers. quòd si origo, fol. 24.

## SVMMARIA.

1 *Pactum, quod venditor teneatur rem meliorare, est suspectum.*
2 *Pacta contra naturam arguunt vsuram.*
3 *Contractus redditur vsurarius, si rei deterioratio spectare debet ad vendentem.*
4 *Emphiteuta tenetur rem restaurare, si area remanet.*
5 *Contractus liuelli pecunia constitutus, est contra Bullam de censibus.*
6 *Emphiteusis non est, sed locatio, vbi magna soluitur pensio.*
7 *Locatio rei facta venditori, cum pacto, quòd rei deterioratio spectet ad conductorem, contractus est vsurarius.*
8 *Conductor si non soluit, nunquam amittit melioramenta.*
9 *Nec etiam verus emphiteuta.*
10 *Cadens à iure emphitheutico, non cadit à meliorationibus.*
11 *Emphiteuta promissio de re melioranda, quomodo intelligatur.*
12 *Emphiteuta non tenetur ad magnas expensas constructionum.*
13 *Emphiteuta repetit melioramenta facta à suo auctore.*

## PACTVM V.

### *Circa rei deteriorationem.*

SExtum est Pactum, per quod liuellarius cadit ob rei deteriorationem, & hic plura insurgunt odiosa, & detestanda, siue consideremus primum contractum emptionis, & venditionis; siue secundum inuestituræ liuellariæ. Si primum colligitur, quòd illa non

non fuit vera venditio, nec quod sic contrahens habuerit voluntatem emendi. Rim. Sen.conf. 629. sub nume. 4. dicens, quòd pactum † per quod venditor teneatur rē meliorare, & non deteriorare est suspectum, & Corn. cons. 13. sub num. 8. & prope finem ipsius consilij in 3. dicit, quòd pactum, ex quo venditor tenetur rem meliorare, & manutenere suis expensis, est pactum pignoris, & pacta † contra naturam contractus arguunt illum vsurarium. glos. in capit. illo vos. de pignor. & in l. cum allegas. C. de vsuris, & Calcan. cons. 83. pro inuestiganda. sub num. 5. & cons. 84. viso casu. col. 5. in fi. sub num. 10. in fi. dicit, quòd cum deterioratio rei, in qua constituitur annuus redditus cedere debeat periculo emptoris, si † ex conuentione spectare debet ad vendentem redditum, contractus dicitur vsurarius Bero. cons. 165. num. 15. & 18. in 1.

1

2

3

Si verò consideremus secundum contractum inuestiturae, & adhuc pactum illud, quòd teneatur rem semper meliorare, & non deteriorare, reddit contractum iniustū, & perniciosum: quia hoc modo contingere potest, quòd si res deterioretur, sine aliquo emphiteutae facto; vt puta domus casmate, † terremotu, vel incendio inopinato pereat: vigore pacti, cogi potest ad illam refficiendam: quia sufficit, quòd area remaneat. Pafet. cons. 217. num. 4. & cons. seq. num. 1. Natt. toto cons. 377. Surdus decis. 198. & non solum reficere, verùm etiam solitam pensionem soluere, non secus ac si integros perciperet fructus, & redditus, vt primò faciebat, vt praecitati dicunt.

4

Ex quibus omnibus colligitur iniustitia huius contractus, qui etsi pecunia constitutiuus sit, super bonis alterius attamen personae istae nollunt concipere † illum secundum formam Bullae Pij V. de censib. quia si res periret, nihil consequi possent, & redditus extingueretur, sed sub vellamine emphiteutico conficiunt, vt nulli vnquam subiaceant fortunae, & periculo, sed potius commodo, & lucro certissimo, cum euidentissima proximi iactura, & damno.

5

Ex alio etiam contractus iste perniciosissimus est: quia supra ostendimus illum potius esse locationis ad longi

6 tempus, † quia magna soluitur pensio ad ratioñe quinque pro centenario, consequenter deterioratio spectare deberet ad inuestientes. Valasc. de iure emphit. q.27.nu. 6. Cotta in memorabili emphiteutæ regulariter in fine. Viu. decil. 264. num. 1. & tradunt omnes supra Pact. 3. num.8.& istud est,quod dixit Sum. Angel. in verbo vsura II 1. num.68 quòd emens cum pacto de retrouendẽdo, & locans venditori pro certo affictu contractus est vsu-
7 farius † quando adest pactum,quod commodum, vel incommodum spectet ad venditorem, & conductorem, & supra dictum fuit in Quæst. 1. num. 34.

Ex alio pactum istud damnat contractum,quia si emphiteuta,seu liuellarius caderet propter culpam,amitteret omnia eius melioramenta facta, vt sic practicatur, & malè, & perperam: quia cum iste soluat magnam pensionem ad rationem quinque pro quolibet centenario prætij recepti, ista non dicitur propria emphiteusis, sed
8 potius locatio,& conductio ad longum tempus,† in qua nullatenus melioramenta amittuntur. Ias. in authen. qui rem. sub num. 9. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 2. num.28. in fin.C.de iure emphit. Valasc. de iure emph. quæstio. 29. nume.25. Cotta..in memorab. emphiteutæ regulariter. Amad. de Ponte de Laudim. quæst.8. num. 3. in fine.& num. 4.Neuiz.consil.91.num. 52.Bursat.consil. 23.num.30. Picus in authen. preterea sub nume. 15. C. vnde vir,& vxor,& Castr.in l. colonus. in fin. ff. locat. dicit, quòd liuellarius semper repetit melioramenta sua, nec illa amittit,vt facit emphithenta.

Plus dico,quòd nec etiã in vera emphiteusi quis propter culpam perdit melioramenta sua, nisi illa facta sint
9 in † plantandis vitibus, & arboribus: quia ita significat verbum *emphitico*. Vbi autem noua ædificia constructa sint, vt potè domus vrbanæ, rusticæue, molendina, & similia, vbi magna requiritur impensa, semper reperi possent. Moder. Paris. in consuet. tit. 1. §. 1. glo. 5. numer. 73.74. Baldui. in §. adeò. Instit. locat. Pinel. in l. 2. part. 2. capit. 3. num. 9. C. de rescind. vend. Caballin. milleloq. 176. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. num. 505 & seq. Amad. de Ponte de Laudim. quæst. 8. sub num. 3. & 4.

& 4. quia non est æquum, quòd dominus hoc casu cum tanta emphiteutæ iactura locupletetur. facit tex. in l. fin. ibi, *& ne auaritia tanti domini magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent.* C. de iure emphiteu. & ita iudicatum fuisse, tradit Valasc. de iure emphit. q. 25. num. 3. Franch. decis. 191. nu. 13. vbi aliam assignat rationem, quia emphiteuta, nunquam videtur fecisse has grandes meliorationes animo donădi, seu amittendi. Ias. in l. 2. num. 33. C de iure emphit. Tiraq. de retract. consang. §. 32. glo. 1. num. 54 Valas. de iure emphit. q. 24 num. 20. & quòd non perdat, probat text. in dicta l. fin. in fine ibi (*sin autem aliter fuerit versatus, quàm nostra constitutio disposuit, iure emphiteutico cadat*,) quia aliud est ius emphiteuticum, aliud ius meliorationis. Bero in c. potuit num. 49. vers. tertio nota, de locat. Valasc. d. quæst. 2. num. 19. Ius siquidem emphiteuticum dependet immediate à domino. l. 1. & 2. C. de iure emphit. Ius meliorationis autem prouenit ex facto ipsius emphiteutæ: qui suis expensis, & laboribus rem meliorauit. Bero. vbi supra, & num. 50. consequenter † cadens ab vno 10 non cadit ab altero, quia ista sunt separata, vt d. l. fi. in fi. C. de iur. emphi. Gozad. conf. 86. num. 26.

Nec obstat, quòd emphiteuta promiserit meliorare: quia & cum à iure communi id tacitè subintelligeretur, expresio hoc modo facta nihil plus operatur. Surd. decis. 300. num. 21. & sequent. & ante eum Franch. d. decis. 191. num. 12. & in omnem casum promissio † intel- 11 ligitur de meliorationibus, quæ respiciunt culturam agri, & de impensis modicis, secundum Parisienses, & alios præcitatos. Cels. Vgo. tract. clausul. contract. in verb. promisit meliorare fol. 77. & ita procedit text. in l. 2. C. de iure emphit. non quoad noua ædificia, & magnas expensas † constructionum: quia ad illas non tenetur em- 12 phiteuta. Cuman. consil. 57. Franch. dicta decis. 191. num. 13. Surd. dicta decis. 300. num. fin. Parisiens. Pinel. Valasc. in locis citatis. Ruin. cons. 14. num. 3. in 1. 135. num. 15. in 3. Roian. 23. num. 25. in 1.

Atque ideo, etiam si verus emphiteuta hæc nō fecisset ædificia, † nihilominus si haberet causam ab illo, qui 13 con-

construxisset, & ob delictum caderet adhuc illa repetere posset. Castr. cons. 270. num. 4. in 2. Florian. cons. 1. colum. 1 num 1. Surd. cons. 183. num. 16. Borg. decis. 28. in addit. num. 3. & 4. par. 1. & in Repertorio. in verb. melioramenta potest. num. 21. quia illa melioramenta non habet tanquam emphiteuta, sed tamquam emptor, & acquisitor. Alciat. cons. 20. in proposito, num. 10. cum seq. in 1. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 36. num. fin.

## SVMMARIA.

1 *Successio dicitur inuidiosa, & rigorosa deferens tertio bona agnatis exclusis.*

2 *Emphiteusis in qua magna præstatur pensio, transit ad extraneos hæredes.*

3 *Fructus maturus plus valet, quàm agrestis.*

4 *Dispositio facta de bonis non comprehendit emphiteutica.*

5 *Consuetudo Mant. alienandi bona feudalia procedit quoad contractus viuentium.*
*Non morientium num. 6.*
*Sed contra num. 7.*

8 *Gabr. cons. 83. num. 1. & Bertaz. consil. ciuil. 44. quomodo intelligantur.*

9 *Licentia simpliciter concessa alienandi feudum, intelligitur inter viuos.*

10 *Prælatus non potest concedere licentiam disponendi de feudo, in præiuditium successoris in dignitate, quando casus successionis non contingit tempore suo.*

11 *Dominus potest cogi præstare assensum vassallo disponenti de feudo, & num. 5.*

12 *Vassallus potest in testamento disponere de feudo, quando inuestitura continet clausulam, & quicquid ipsi inuestito placuerit faciendum.*

13 *Verba inuestituræ sunt interpratanda in fauorem vassalli.*

14 *Emphiteutica bona possunt alienari in vltima voluntate,*

*tate, cum domini consensu.*

15 *Clausula, & quicquid ipsi inuestito, &c. apposita in executiuis nihil operatur.*

16 *Feudum, & emphiteusis non potest subijci fideicommisso ad praeiudicium successoris vassalli, & emphiteuta.*

*Et dominus, qui assensit, potest contrauenire. Si vassallus successor alienare voluerit. num. 17.*

18 *Dominus potest reuocare assensum praestitum vassallo fideicommittenti, quando per huiusmodi reuocationem reuertitur ad ius, quod prius competebat vassallo.*

19 *Vassalli vt plurimum testantes de feudo, hoc faciunt in agnatorum fraudem.*

*Cessante verò fraude dispositio valeret. num. 20.*

21 *Dominus cogi potest assensum praestare vassallo, in sanitate constituto, disponenti de feudo inter viuos.*

22 *Fraus non praesumitur in vassallo erga dominum, dum feudum vult alienare.*

23 *Emphiteusis vera confraternitatum, non deuoluitur ad ipsam per lineam finitam emphiteuta.*

24 *Quia est laicalis, & profana, & ideo omnes extranei succedunt.*

25 *Confratriae licet sint pia loca, non tamen ecclesiastica dici possunt.*

## PACTVM VII.

### *Circa deuolutionem ob lineam finitam.*

TRanseo ad septimum Pactum nempè deuolutionis rei ob lineam liuellarij, seu fictì emphiteutae contingentis, & licet non exprimatur in inuestituris, subintelligatur tamen iuxta naturam ipsius contractus, & sic practicatur, proinde detestandum est; quia successio illa dicitur inuidiosa, & rigorosa, † quae defertur domino, exclusis agnatis, & cognatis. Sola in antiq. constit. Sabaud. titulo de iure emph. glos. 7. in princip. & num. 1. & seq. 1

fol.

fol. 23. fortius hic, cum res ista non proueniat ab inuestiente. vnde iniquum est, vt reuertatur ad ipsum.

Item quia magna soluitur pensio, quo casu etiam si proueniret ab ipso concedente, & originaliter sua fuisset
2 † admitterentur tamen omnes extranei hæredes. Affl. decis. 386. in causa. num. 6. Ruin. cons. 161. num. 21. in 1. Rimin. Iun. cons. 44. num. 38. Didac. lib. 2. resolut. cap. 17. colum. antepenult. & penult. Franch. decis. 235. num. 2. Surdus decis. 198. num. 3. Probatur à fortiori in cap. ad aures. de reb. eccles. non alien. inducendo illum secundum communem DD. opinionem vbi si res ecclesiæ sterilis opera, & industria coloni meliorata fuerit, poterit concedi, vt perpetuò transeat ad eius hæredes etiam extraneos. Bart. in l. quicunque. la. 2. num. 1. C. de omni agr. desert. libr. 11. Rip. in l. 1 num. 14. ff. de priuileg. cred. & tit. de remed. præserua. contra pestem. num. 255. Becc. consil. 3. num. 29 30. & hoc nulla alia ratione contingit, nisi quia facta est melior ecclesiæ conditio, & tamen ibi soluitur quid modicum, & propter meliorationem non augetur canon secũdum præcitatos, & Ruin. consil. 116. num. 3. & 4. in 1. ergo si ibi res transit ad extraneos, fortius quando magna soluitur pensio quotannis, cum istud respiciat maiorem Ecclesiæ vtilitatem, plus
3 † enim valet fructus maturus, quàm agrestis. Bald. cons. 292. quia ex facto colum. fin. post medium in 5. & plus valet solutio præsentanea, quàm in futurum dilata. §. plus autem. Institut. de act. At semper totum contrarium obseruatum fuit, & sublata facultas istis personis, sic bona supponentibus disponendi de illis in extraneas personas, tamquam nõ compræhensas in inuestitura, quòd rigidum est. Et pluries vidi, quòd vbi testamẽ
4 tum condiderint, & † generaliter de eorum bonis disposuerint, dicunt isti ficti domini, quòd non intellexit testator de istis bonis. Surd. decis. 11. & 93. cuius scripta, non procedunt in istis improprijs bonis emphiteuticis per supradicta. Aymo. de aluuion. lib. 2. capit. 18. sub num. 16. Piccus in authen. præterea num. 12. 14. & 15. C. vnde vir, & vxor. Barbat. cons. 51. colum. 20. sub nu. 17. vers. & plus videtur in 1.

Vidi

Vidi etiam quosdam dominos, ita difficiles, & asperos: qui emphiteutis, & vassallis licentiam petentibus disponendi per vltimam voluntatem de eorum bonis (loquor de veris, & proprijs bonis feudalibus, & emphiteuticis) illam denegarunt, sub eo prætextu, quòd consuetudo Mantuæ alienandi huiusmodi bona, procedat tantùm in contractibus, † & actibus inter viuos, & quoad illos domini cogi possint assensum præstare. Bursat. cons. 56. nu. 22. & 28. cons. 171. num. 52. & 56 consil. 256. num. 6. & 11. cons. 274. num. 12 Surd. decis. 182. num. 12. decis. 220. num. 54. non in † vltima voluntate. Curt Iun. cons. 5
26. in fin. consil. 171. colum penult & fin. Socin. Iunior consil. 72. in 1. Berraz. consil. ciuil. 44. num. 7. & toto cons. 114. præcipuè num. 25. cum sequen. Gabr. cons. 6
83. num. 58. 59. & seq in 1. sed non animaduertitur, quod vassallo grandem pecuniæ summam offerente, & soluente, consuetudo se extenndit ad omnia, quia pecunia totũ facit, nimirũ in istis personis, quæ tantùm de redditibus pecuniarijs curant. Bald. in tit. de pace constant. in verbo libellariæ in fine. Ias. in consil. 63. num. 2. in fine in 1. Brun. consil. 41. sub num. 16. Ideo sustineri potest, quòd consuetudo procedat † etiam in vltimis voluntatibus. 7
Bursat. cons. 49. num. 23. 128. sub num. 26. cons. 29. num. 30. cons 50 num. 30. 60. num 25. 295. nu. 16. 349. num. 14 Paris. 13. num. 41. & per totum in 1. Socin. iun. 83. in 4. Surd. de aliment. tit 2. q. næstio. vlt. num. 261. Gozad. cons. 90. nu. 5. iuncto num. fina. propè finem. Rim sen. cons. 465. sub num. 7. Natt. 647. quia tanquã fauorabilis est extendenda. Dec cons 586. in causa, quæ Mant. num. 10. Ceph. cons. 451. num. 216. Bursat dict. cons. 50. num. 19. 30. & seq. & absolutè admittunt, † Ga 8
briel. & Bertazol. in præcit. locis quoniam non se fundant particulariter an Prælatus potuerit, vel non potuerit concedere facultatem vassallo testandi de feudo, vigore consuetudinis, sed tantùm, an valeat licentia in præiudicium successoris in dignitate, & beneficio, in quo valdè insudarunt Gabr. Bertazol Natt. & Bursat.

Vndè quòd dixit Gab. dicto cons. 83. nume. 58. volens, quòd consuetudo alienandi feuda Mantuana nõ exten-

extendatur ad alienationem factam per vltimam voluntatem intelligi debet quando dominus concessisset simpliciter alienationem feudi, † quia illa intelligitur, quoad actus viuentium, non morientiũ. Freccia. de subfeud. libr. 2. quæst. 38. num. 11. 12. aliàs si fuisset verum, & notorium, quòd consuetudo non se extenderet ad vltimas voluntates, adeout dominus non posset concedere licentiam, alienandi per vltimam voluntatem, quorsum tantum insudare? cum sat fuisset vnico verbo se expedire, & omnis controuersia sublata fuisset, dicendo verissimum esse dominum non posse concedere facultatem testandi vassallo; quia consuetudo Mant. non se extendit ad ista, sed tantùm ad contractus inter viuos, vt sic arguit Crauet. in vlt. respons. seu. corol. pro genero sub nume. 79. vers. extra dubitationem in 6. & ita Gabr. vbi supra

10 num. 59. & 60. non negat quin dominus † possit concedere facultatem vassallo disponendi de feudo, sed dicit, quòd non potest illam concedere in præiudicium successoris in beneficio, quando casus successionis contingit tépore suo, & idem in emphiteusi loquens scribit Bertazo. d. cons. 44. num. 17. & sic admittunt consuetudinem valere, etiam quoad testamenta, & vltimas voluntates.

11 Quod verius puto, & consequenter dominum † cogi posse ad præstandum assensum vassallo testanti, & leganti: Potissimum stante clausula illa, quæ semper in omnibus inuestituris apponi solet, nempe ad habendum, tenendũ, & possidendum, & quicquid ipsi inuestito, hæredibusq; suis perpetuo placuerit faciendum, saluis tamen semper iuribus ecclesiæ, &c. Aflict. in capit. feudum ea lege tit. si de feud. defunct. milit. & in constitut. si quis post litem. quem post plures alios in hanc rem adducit Lanarius cons. 30. num. 12 cons. 20. num. 2. & 3. cons. 6. num. 12. Dummodò ergo saluum sit ius domini, quod intelligitur quoad dominium suum directum. Decian. cons. 4. num. 10. 11. in 1. non videtur quòd aliud prætendere valeat, sed assensum præstare debet, vt promisit in inuestitura per dictam clausulam, quæ apta nata est, comprehendere quamcunque dispositionem vassalli, siue inter viuos, siue in vltima voluntate per illa verba quicquid placuerit

rit faciendum,&c. Nam si non fuissent addita illa verba, quæ subsequuntur,videlicet saluis tamen semper iuribus domini : potuisset vassallus absque licentia domini disponere † de feudo in vltima volūtate, & in quem 12 cunque vassallum in inuestitura non comprehensum,latissimè Becc. cons.88. num.21. cum seq. pręcipuè num. 25. Natt. cons. 644. num.5. Roland. cons.55. num. 44. in 3. Rim. iun. cons. 461. num. 34. cum seq. ergo cum addita sint, operantur, vt licentia peti debeat, sed non possit denegari aliàs illa verba,quicquid &c seruirent de vento,quod non est dicendum,& omnia verba † in fauorem 13 vassalli interpretanda sunt,& contra dominum.Paris.cons. 71.num.50.in 3. Sola in constit. antiq. Sabaud. de iure emphit.glos.7. exprimunt etiam sub num. 14. fol. 24 Burs. consil. 4. num. 29. Crescent. decis.3. de præsump. repetita in decis.1. de cens.

Fortius ergo ista militant in emphiteuticis bonis, † 14 quia certum est illa distrahi posse in vltima voluntate solo domini assensu accedente,qui denegari non potest.Ias. & Clar.quos citat Surd. dict. decis.220.num 54.Becc.d. cons. 88 sub num.21. & alij in præcitatis locis,& ita in emphiteuticis bonis nulla fieri potest probabilis difficultas, quia passim alienantur, & de illis disponitur in testamentis cum licentia Ias. in l. fi.num.50 C de iur. emphit. Redoan. de reb. eclesi. non alien. tit. de Laudim. q. ista autem. num. 13. fol.385. licèt aliquando sit disceptatum in feudis.

Nec releuat,quòd clausula ipsa † videatur apposita in 15 executiuis,& consequenter feudum,vel emphiteusis non possit alienari, tanquam nihil operetur. Cacher. decis. 164.Becc. cons. 88. num. 14. Menoch. cons. 61. nu. 28. 32. quia contrarium semper obseruatum fuit,quòd alienatio fieri possit,ergo aliquid operatur.Becc. d. cons.88. num.50. Rim. Iun.cons.461.num.34.

Non poterit tamen feudum,& † multò minus emphi- 16 teusis subijci fideicommisso per vassallum,quia stante cōsuetudine Mant.quòd feudum possit alienari per filios,& successores, sola domini accedente voluntate; videtur quòd non valeat fideicommissum factum contra eos,quia

per

per talem prohibitionem priuarentur vassalli, & successores libertate alienandi sibi ipsis concessa à lege, & consuetudine. Cur. Iun.toto cons. 171. præcipuè à num. 4. vsque ad finem. Secundò quia sequeretur, quòd emphiteuta, seu vassallus cum suo fideicommisso plus posset, quàm dominus, & ligare manus domini quin posset concedere licentiam successoribus volentibus alienare, quod videtur absurdum, & inconueniens: potissimùm, quia priuaretur laudimijs, caducitatibus, & deuolutionibus. Iacobin. in authen qui rem. num. 164. C. de sacrosan. eccl. Alciat. cons. 8. exactè sub num. 16. in 6. Rip. in l. filiusfamilias. §. diui. num. 91. & Alciat. num. 16. ff. de leg. 1. Amad. de Ponte. tractat. de Laudim quæst. 13. nu. 18. & licet Rip. loco citato, & in cons. 5. num. 9. de iure emphit in 2. contrarium scripserit, nempè quòd feudum posit per vassallum subijci fideicommisso, loquitur tamen secundum terminos iuris communis, quo feuda sunt inalienabilia, at stante consuetudine nostra, rationes suæ non militant, sed aliæ, Iacobin. Alciat. & aliorum. Bursat. cons. 181. sub num. 19.

17 Idem dicò etiam si ecclesia, vel Prælatus, † consenserit vassallo testanti, & fideicommittenti, quia successor in dignitate non tenebitur seruare talem assensum, quatenus successor in feudo voluerit illud alienare; quia cum feuda nostra sint alienabilia ob penuriam bonorum allodialium, non possunt effici inalienabilia ex causa priuata, quæ postponitur publicæ, vt sunt commercia.

Item quia eo ipso, quòd feudum vadit ad aliquem, debet transire cum sua causa, & natura, vt latius dictum fuit in Pacto 14. num. 13 cum seq. & sic vt alienari posit, stante consuetudine Mant. Vnde non debet valere fideicommissum, quia hoc modo derogaretur consuetudini, & facultati concessæ à consuetudine acquirenti feudum. Cur. Iun. d. consil. 171 num. 4. & per tritum cum nemo possit facere, quin leges, & consuetudines non habeant locū in suo testamento. l. nemo potest. de leg. 1. & tanto magis stante clausula solita apponi in huiusmodi licentijs, nempè saluis iuribus ecclesiæ; quæ iura respiciunt laudimia,

mia, caducitates, & deuolutiones. Iacobin. & alij vbi supra. Bursat. toto cons. 171.

Et ita teneo vassallum hæredem, etiam pœnitus extraneum, posse feudum alienare, vigore huius consuetudinis, non obstante fideicommisso, vel prohibitione, aut pœna in testamento apposita per prædicta, quia quod à iure permittitur, pœna non debetur.

Quinimò sustineri potest, quòd dominus, qui consensit fideicommisso, cogi possit ad præstandum assensum successori in feudo alienare volenti, quia non potuit dominus sibi imponere legem, à qua recedere non valeat Brun. cons. 67. num. 2. & licet consenserit testamento, & fideicommisso, intelligitur reuocabiliter, quatenus etiam successor fideicommisso contrauenire voluerit, non irreuocabiliter. Natt. consil. 475. num. 11. & 17. Ruin. consil. 165. num. 11. cons. 213. sub nume. 6 7. in 1. Surd consil. 382. sub num. 16. Bursat cons. 50. num. 23. 24. & seq. Gabr. de iure emphit. conclus. 2. num. 54. Phanu. de inuentario. part. 7. num. 262. & seq. Crauet. consil. 256. col. fin. in princ. vers. & vltra adducta. Et cum per talem licentiam alienandi fiat reductio ad ius, quod prius competebat vigore huius consuetudinis, tantò magis videtur, quòd dominus possit reuocare primum eius assensum, † licet videatur agi de præiudicio illorum, qui ad fidicommissum vocati fuerant. Gozad. cons. 1. nume. 35. consil 26. num. 54. Crau. cons. 96. num 9. in fine. in primo respons. pro genero num. 329. Soc. iun. cons. 11. nu. 12. in 3. Bero. consil. 7. num. 22. in 3. Decian. cons. 23. num. 28. in 1. Roland. cons. 3. nume. 121. in 1. Menoch. cons. 350. num. 13. cum adhuc ius illis perfect. acquisitum non fuerit. Cur. iun. in l. 2. sub num. 21. Roland. d. consil 3. num. 146. in 1. 18

An modò vassallus decedens possit cum domini consensu de feudo testari in præiudicium agnatorum: hoc non disputo, quia non est præsentis speculationis: & si subesset ratio, qua constaret, quòd id faceret † in fraudem vt plerunq. contingit. Cur. Iun cons. 26 num. 10 & d. cons. 171 ad fi. Menoch. toto cons. 226. Bursat. cons. 165. Lance. Galia. ad consue. Alexan. in verbo legare. 19

quæst. 6. num. 46. & 47. absolutè non posset. Secus tenerem in patre: quia non subest ratio, quòd filios voluerit fraudare, & malignè bonis, vel feudo priuare. Idem in
20 quocunque alio, in quo fraus cessaret, † quia testamentum, & vltima voluntas subsisterent. Dec. cons. 586. in causa, quæ Mant num. 11. & 12. Ruin. cons. 4. num. 9. & 10. in primo. Gozad. consil. 90. nume. 13. in fine cum sequent.

Indistinctè verò tenerem dominum cogi posse præsta-
21 re assensum † vasallo in sanitate constituto alienare volenti feudum suum inter viuos, nec esse audiendum ipsũ recusantem, quòd vasallus prole careret, & quod totaliter spe filios suscipiendi destitutus esset; quicquid dixerit Bursat. cons. 127. num. 69. & cons. 256. num. 5. in fine. Quia cum feuda Mant. sint alienabilia propter publicum bonum commerciorum, & interesse Principis, ratione vectigalium. Bursat. cons. 50. sub num. 19. Sola de iure emph. gloss. quæro an lapso. colum. 4. sub num. 5. versi. sed præsupposito, & versic. qui & si loquatur fo. 41. non est attendenda quærimonia domini, quòd vasal
22 lus vellit ipsum fraudare: quia fraus † non præsumitur in illo, qui sibi prouidere satagit, ex re licita. Bursat. sibi contrarius cons. 40. num. 70. cum sequen. & num. 75. Sola de iure emphit. gloss. fraus per vasallos sub num. 7. fo. 13. & titulo de feudis. glo. quinimò. sub num. 5. vers. nec videtur considerabilis fol. 76.

Dum autem diximus pactum istud deuolutionis esse rigorosum, satis etiam colligitur respectu Confraternitatum; quæ cum regantur à personis laicis, & sæculari-
23 bus, deuolutio † non habet locum, etiam si re vera fundus prouenirret ab ipsa confraternitate, sed debet transire
24 ad omnes extraneos hæredes, † quia emphiteusis est laicalis, & profana, vt supra diximus in Pacto 5. num. 6. Si-
25 quidem Confraternitas † sæcularium licèt sit pius locus, non tamen est ecclesiasticus. Soc. consil. 247. num. 7. in 2. nec ecclesiæ gaudet priuilegio. Corn. consil. 119. col. 7. vers. tamen his non obstantib. in 2. Balb. de præscrip. parte 1. quintæ partis princip. quæst. 1. nume. 6. Paris. cons. 50. num. 26. & sequent. in 2. Pont. Neapol. cons. 18. num. 6.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Pactum de affrancando, per assignationem alterius proprietatis rigorosum.*
2 *In contractibus censuarijs, & annuis redditibus, sufficit, quòd in liberatione restituatur idem pretium, etiam minori, absque eo, quòd inuestiatur.*
3 *Pactum, quòd res non possit redimi, nisi tali statuto tẽpore, contractum reddit suspectum.*
4 *Pactum affrancandi per assignationem cambij in contractu liuelli, est contra publicam vtilitatem, & num. 19.*
5 *Pactum affrancandi per assignationem cambij, nil aliud est, quam vsura, saluo semper capitali.*
6 *Pactum redimendi, & affrancandi, debet esse liberum, & quòd eodem pretio fieri possit.*
7 *Pacta vbi claudicant, contractus redditur illicitus.*
8 *Pactum affrancandi per assignationem alterius proprietatis, reddit contractum vsurarium.*
9 *Res assignanda in affrancatione, vbi debet esse melior, contractus est vsurarius.*
10 *Mutuans pecuniam recepturus in restitutione alterius generis monetam meliorem, vsuram committit.*
11 *Pactum quòd in affrancatione proprietas debeat reddere quinque de pluri, est absolutissimum vsura pactum.*
12 *Pactum, quòd fundus pro affrancatione assignandus, sit aequiualentis valoris cum primo, hodie detestandum.*
13 *Inuestitura interpretanda est, ad fauorem inuestiti, & contra inuestientem.*
14 *Senatus Mant. Sententia laudatur.*
15 *Pactum, quòd fundus in affrancatione assignandus sit in ciuitate, vel non longè ab illa per sex milliaria, detestandum.*
16 *Fideiussorem qui tenetur dare, sufficit si in eadem prouincia praestet.*

17 *Pratium si in emptionem fundi errogandum est, sufficit si in prouincia fundus existat, licet nõ in eademmet ciuitate.*

18 *Pactum de redimendo, vel affrancando non diminuit de rei valore.*

20 *Pactum affrancandi cum quinque solidis de pluri, pro melioramento, ostendit rem non esse emphiteuticam.*

21 *Pactum, contra substantiam contractus, reddit illum vsurarium.*

22 *Canon augeri potest in locatione, secus in emphiteusi.*

23 *Liuellarius nihil soluere tenetur pro visitatione, vel relatione facienda, circa proprietatem assignandã pro affrancatione.*

## PACTVM VIII.

*Circa affrancationem, per assignationem cambij.*



Ctauum subsequitur pactum affrancationis per assignationem alterius proprietatis, & cum quinque solidis de pluri pro melioramento. Quòd pactum,
1 duo † continet capita, & quidem absurda, & maximè detestanda: quia respiciunt merum Confraternitatis commodum, & emphiteutæ incommodum, & præiudicium grauissimum. Hoc pacto enim, quoad primum caput, Confraternitas, & similes personæ volunt semper esse certi de liuello, nec intendunt ociosas retinere pecunias; sed quòd semper germinent liuellos, seu interesse, adeout, nec sit in facultate emphiteutæ restituere prætium aliàs receptum: quia subterfugiunt pericula, & moras perquitendi nouas proprietates, & nouos emphiteutas, & liuellarios; ne interim prætium datum in liberationem proprietatis lucrum nullum afferat: Sed omnia hæc conijciunt in miserum emphiteutam, qui laborem, & impensam sustineat in perquirenda proprietate, & multis curis angatur, & ta-

& faticetur, antequam illam inueniat, itaut sæpe si recepit quingenta, cogatur, si vult se liberare, aliam proprietatem emere pro sexingentis, & septingentis, vltra alias expensas, quas subire tenetur, ob gabellas, & dacia, ob instrumentorum, & proxenetarum mercedes, quod iniquitatem sapit, Boccatius de censib part. 2. sub num. 55. in fine. Insuper, & cum periculo, quòd si euincatur, vel nouus emphiteuta suis non soluat temporibus, ipse rursus subiaceat continuis litigijs, & dispendijs; vigore statuti Mantuæ, sub rubr. qualiter inuest. ad affict. in principio. Vnde vt plurimum ne isti liuellarij, & emphiteutę sentiāt tot inquietudines, mallunt potius subiacere perpetuæ seruituti emphiteuticę, supportare onera, & esse sub perpetuo periculo admittendæ rei, ob caducitates, & deuolutiones, quàm se libeare: Quandoquidem Confraternitates, nec domini illi vnquam conquiescunt, sed mille excitant difficultates: vt ostendant fundum assignandum non esse idoneum, nec ęquiualentem proprietati primæ, in longioribus partibus situm, & nouum linellarium pauperem esse conqueruntur, & minus idoneum, & tamen si pactum esset licitum, & iustitiæ finibus contineretur, per tantundem scilicet prætij restitutionem; iuxta l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. liberarentur ipsi, & omni molestia eximerentur, & damno: vt contingit in contractibus censualibus veris, vbi † 2
etiam si restituatur pecunia minori, qui censum acquisiuerit, vel acquirenti successerit, statim est liberatus censuaririus, nec tenetur curare, quòd alia inueniatur proprietas, vel ipsum prætium inuestiatur. Simonellus de Decret. libr. 3. tit. 8 num. 119. Boccat. de censib. part. 2. num. 104. Idcirco istud solum pactum efficere contractum vsuarium absolute dicendam est. Nam si in contractu, in quo appositum fuit pactum negatiuum ad tempus, nempè quòd res non possit redimi, vel † affrancari, nisi vsque ad sep tennium redit contractum vsurarium, vt in cap. ad nostram de empt. & vendit. ex quo emptor voluit hoc modo se ponere in tuto lucrandi fructus, vsque ad illud tempus, vt ibi not. Imol. sub nume. 6. & Butr. in fin. post antiquos omnes. Fortius hic, quia 3

semper,& continuatis temporibus. Confraternitas certissima esse vult de lucro fictuum,etiam si res redimatur, quia liuellarij partes sunt supponere alteram proprietatem,ex qua commodè percipere possit confratria liuellum suum, alias recusat consentire liberationi, Alciat. consil. 9. num. 13. in 1. vsque adeout cogantur miseri emphiteutæ, (quia difficillimè inueniuntur proprietates subrogandæ,quæ dominis hisfatisfaciant )perpetuæ seruitutis sentire incommoda, & periculo rei amittendæ subiacere,contra tex.l.fin. ibi ; *sed vos deludant,& ex hoc commodum emphiteuta depereat* . C. de iur.emphiteut.& sic per indirectum tollitur facultas liberis hominibus se,& bona propria liberandi. Quod † pactum contra publicam vtilitatem, & bonos mores fuit adinuentum,ad fouendam malitiam,& auaritiam, per quod redditur contractus illicitus & vsurarius. Castren. toto consil.144 pactum illud in 2. Modern. Parisi. de vsur. q. 50 sub num. 352. Neuizan. cons. 86. nume. 1. cum seq. Henrich. Boic. in capit. in ciuitate, in fin. de vsur. Guid. Pap. de vsur. num. 26. Maximè cùm hoc modo liberatio videatur residere in arbitrio, & voluntate confraternitatum . Castrens. in l. item quia. in ff. ff. de pact. & d. consil. 144. in 2. d. Moder. de vsur. q. 55. num. 385. in fin. cuius dicta transplantauit Caballin. Milleloq. 335. & 338. Si pactum negatiuum temporale, de quo in d. cap. ad nostram de emptio.& vendit. est sufficiens ad arguendum contractum fœneratitium, multò fortius istud quod perpetuò est negatiuum,nisi per assignationem alterius proprietatis,quod est magis præiudiciale,& onerosum liuellario,vt experientia docet,cùm difficilius reperiatur proprietas,quàm pecunia , de qua in dicto textu,& tamen Confraternitas nullam tradidit à principio proprietatem,sed pecuniam ; Huiusmodi verò pactum videtur contra bonos mores , & iura redimẽdi bona,cùm solùm tendat ad lucrãdum annuos, & perpetuos fructus,& liuellos. Borgnin. decis. 1. nu n. 75. in 2. & pactum illud, quod possit res redimi † assignando alteram proprietatem,nihil aliud esse videtur,quàm quædam vsura , saluo semper capitali . Bald. cons. 487. apparet quo-

quodam, sub num.1. in 1. Borgn. in dicta decis.1.num. 73. & decis.24 num. 3. in 2. & pactum redimendi debet esse liberum, hoc † est quandocunque eodem prætio restitutio fiat, liberatio contingat, aliàs si est sub conditione conceptum, cum modicitate prætij sufficit ad damnandum contractum. Zabar. in cap. ad nostram sub num.1. de emption. & venditio. Albens. cons. 509. nu. 2. & 791. num.4. Henric.Boich. in dict. cap. in ciuitate in fin. de vsur. quia pares debent esse contrahentium qualitates, Bertran. cons.208. viso consultationis num. 16. in 2. & vbi pacta claudicant † contractus redditur illicitus. Cepo. de simulatione contract. præsump. 14. Grat.cons. 11. num.21. in 2. Menoch. lib.3. præsump. 122. num. 79. Mantua. cons. 221. sub nume. 12. in 2. Et in terminis, quod pactum istud affrancandi † per assignationem alterius proprietatis, non autem pecunia mediante, reddat contractum illicitum, & vsurarium, dixit Barbat. cons.8.col.2. in fine in 4.& vbi res assignanda pro affrancatione debet esse melior explicitè, † contractus vsurarius est. Cepol. de simul. contract. præsumpt.5. num.97. subdens, vsura est recipere rem meliorem, pro deteriore, & præsump.4. num. 94. Menochi lib. 3. præsum.122. num. 55. 56. Mutuans frumentum vetus, vt nouum sibi restituatur, si hoc facit, vt meliorem suam faciat conditionem, vsuram committit. Henric. Boich. in capit. in ciuitate in fine. de vsur. Archidiacon. in cap. nullus. 14. q. 4. Purpur. in l. rogasti. §. si tibi.num. 56. ff. si cert. pet. Menoch. cons. 109. num. 8. *Sic*, qui mutuat pecuniam recepturus ad certum terminum † alterius generis monetam, si hoc facit, vt aliquid plus lucretur, vsuram cõmittit. Hostiens. in summa de vsur. in fine. Rodulph. de vsur. quæst. 45. & 46. Ita propriè contingit in casu isto, quia vltra pactum de affrancando per assignationem alterius proprietatis expressè conuenitur, quòd illa debeat esse melior, & quòd pro melioramẽto debeat reddere quinq; de pluri, quàm faciebat prima proprietas, & quòd illa quinquè annuatim soluantur, quòd est formale, & explicitum vsurę pactum: quia vbi in affrancatione, vel redemptione ali-

6 7 8 9 10

11 quid plus reddi debet, etiam si illud sit modicum † contractus est vsurarius, & apertè fœneratitius, c. illo vos 3 & ibi Doctores omnes notant de pign. Imol. in cap. ad nostram sub nu. 6. versic. sed aduerte de empt. & vend. Cepol. de simul. contract. præsump. 26. sub num. 238. vers. nam in pacto de retrouendendo. Tiraquell. in præfat. de retract. conuent. num. 26. & 31. Bald. cons. 389. quòd dictus num. 1 in 4. Bero. cons. 165. num. 15. & 25. in 1. Soc. cons. 248. col. 2. in fin in 2. Mascard. de probat conclu. 444. 447 num. 56 Borgnin decis. 1. num. 74. in 2. Menoch. dict. præsum. 122. num. 52. 53. Rip. cons. 18. vilis instrumentis num. 21. tit. de obligat. in 2. dicens hanc solam coniecturam facere contractum vsurarium. Ioseph. Ludou. conclus. 51. vers. trigesima coniectura.

Hoc autem pactum magis detestandum est hoc tempore, quam esset ab annis decem, vel quindecim supra, quia tunc, & antiquitus communiter concipiebatur, hoc modo, quòd emphiteuta posset rem affrancare, & sibi appropriare per assignationem alterius proprietatis, ex qua commodè percipi posset liuellus ipse, cum quinque solidis de pluri pro melioramento; Ab annis autem decem, vel quindecim infra videntes isti contrahentes quòd pro paruo redditu super magno prædio, vel pulcherrima domo imposito supponebatur, & assignabatur per affrancantes tenuis fundus, habita ratione ad dictũ liuellum, cœperunt alio modo concipere inuestituras, &

12 inire contractus, nempè quòd † proprietas esset æquiualentis valoris, & æstimationis cum prima, quòd magis durum, & iniquum est, contra sententiam Senatus Mantuæ machinatum. Cum enim casus accidisset, quòd quidam emphiteuta vellet liberare eius fundum cum ędificio tunc valoris mille, pro quo soluebat ducatos duos, & pro affrancatione obtulisset fundum valoris sexaginta quinimò & octuaginta, ex quo commodè percipi poterat quotannis dictus liuellus ducatorum duorum, vt probauerat, continuò insurrexerunt hij, quibus soluebatur liuellus afferentes proprietatem non esse æquiualentem. Et licet in inuestitura non reperiretur illud pactum

ctum formaliter expressum, quod tamen intelligendum erat, ne fieret deterior conditio ecclesiæ, seu loci pij. Respondebat liuellarius, quòd inuestitura non erat † supplenda, potiusque interpretanda in fauorem suum, & contra ecclesiam, quæ poterat apertius loqui Sola in antiq. constitut. Sabaud. de iur. emphit. gloss. exprimunt 13
sub num. 14. vers. distinctione, & vers. & si opponatur fol. 24. Crescent. decis. 1. de censibus. & cùm dixerit tantum, quòd posset fieri affrancatio per assignationem alterius proprietatis, ex qua commodè percipi posset liuellus, cum quinque solidis de pluri, quòd illud pactum seruandum erat. l. 1. & 2. C. de iure emphi. & ita Senatus iudicauit, † & rectè de qua re latiùs dicemus infra quæst. 4. num. 17. cum seq. 14

Adhuc etiam magis detestandum esset pactum istud, casu † quo sic conceptum esset, vt in aliquibus vidi inuestituris, quòd affrancatio non posset fieri, nisi per assignationem alterius proprietatis in ciuitate existentis, vel non longè per sex milliaria ab ipsa, quia magis arctat, & restringit libertatem, & facultatem affrancandi, & redimendi, & ea ratione magis est pernitiosum, & damnandum. Henric. Boich. in capit. in ciuitate. in fine de vsur. March. decis. 483. num. 15. in 1. Bero. consil. 169. num. 8. vers. quæ conuentiones in 1. Borgn. decis. 3. nu. 7. & decis. 14. nume. 9. in 2. pugnat enim cum text. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. cogan. vbi, qui fideiussorem dare tenetur, † sufficit si illum præstet in eadem prouincia, licet non sit de eadem ciuitate: dummodo sub eodem Principe: vt per Ias. ibi, qui post Alex. num. 7. & 8. infert, quod si actum fuit inter contrahentes, quòd pretium † fundi venditi debeat conuerti in emptionem prædiorum, sufficit si ematur proprietas, quæ sit in eadem prouincia: licèt non in eadem ciuitate. 15 16 17

Hinc infertur malè sensisse Doctores illos, qui voluerunt pactum hoc redimendi, & affrancandi diminuere † de iusto rei valore, iuxta l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio. cum illud fortè procederet, quatenus pactum esset iuxta terminos iuris celebratum: nempe liberum, & in absoluta libertate venditoris positum, pro 18

eodem.

eodemmet prætio. Tiraquell. in præfat. de retract. conuention. num. 26. Secus hic vbi liuellarius tenetur alteram, & meliorem assignare proprietatem, cum augumento canonis, & pensionis, quod merum respicit prætensi domini commodum, & liuellarij præiuditium, & periculum ammittēdi rem pro minimo præciulo dato, cum proprietates istæ non nisi ab indigentibus subijciātur, vt potè, quòd nisi, qui in maxima constituti sunt necessitate veniant ad istos contractus, Afflict. decis. 80. sub num. 4. & 6. & ibi add. nume. 7. Decian. cons. 28. num. 17. in 5. quos si Confraternitas recusat acceptare
19 † coguntur liuellarij sub nexu obligationis, & seruitutis perpetuò permanere.

Tandem hoc solum pactum affrancationis, cum quin
20 que solidis de pluri, pro melioramento ostendit † rem non esse emphiteuticam, cum naturæ, & substantiæ ipsius repugnet, quòd pro melioramento augeatur pensio & liuellus. l. pen. & ibi Bart. & in l. fi. C. de omni agro desert. lib. 11. Boer. decis. 50. num. 8. Vrsil. ad Afflict. decis. 129. in fin. Iacob. Emilian. consil. 28. num. 3. Castr. cons. 142. videtur dicendum. colum. 2. sub nu. 2. cons. 387. per suprascriptum prope finem in 2. Ruin. 157. nu. 15. in 1. & pactum contra substantiam, & naturam ip-
21 sius † reddit illum suspectum, & vsurarium. cap. illo vos, & ibi not. de pign. glos. in l. cum allegas. C. de vsur. Nimirum si ista non potest dici emphiteusis, sed locatio, & conductio, vt supra probauimus, quia in loca-
22 tione † canon augeri potest, ita Rauden. tractat. de Analog. cap. 38. num. 48.

Augetur adhuc odium istius pacti multoties enim vidi clericos electos ad æstimandam proprietatem, pro affrancatione assignandam admodum difficiles se reddere in relatione facienda, quinimò & circa accessum super loco, nisi ipsis aliquid pecuniarum præstetur donū, quod est potius mercedis solutio, quàm doni datio, & mercedes huiusmodi clericis sunt interdictæ. Abb. in cap. fi. num. 19. vers. si tamen indigeret. de vsur. & nullo
23 iure debetur † talis solutio clericis, nec laicis, Brun. cons. 210. col. 1. & colum. 2. vers. & quia magnifici; Et

si

si laudimium solui non debet pro affrancatione. Lauren. de Pinu.conf. 129. ergo nec donum, vel alia merces, aut honorarium præstandum; quia hoc modo per indirectum grauaretur liuellarius in affrancando, quòd fieri non debet cap. cum quid de reg. iur. in 6.

## SVMMARIA.

1 *Pactum laudimij soluendi facit, vt res minoris vendatur.*

2 *Contractus est vsurarius, vbi quis recepta pecunia submittit fundum suum oneri emphtieutico, vel feudali cum pacto laudimij, caducitatis, & deuolutionis.*

3 *Laudimia non sunt soluenda pro redditibus, pecunia constitutis.*

4 *Laudimia soluuntur dominis, à quibus res prouenit originaliter.*

5 *Laudimium soluitur ratione inuestituræ.*

6 *Laudimia non debentur in contractibus censualibus, & annuis redditibus.*

7 *Tit. de iure emphit. non procedit nisi in vera, & propria re emphiteutica.*

8 *Dominus cogi potest præstare assensum vassallo, & emphiteutæ hipothecando feudum, vel emphiteusim etiam incapaci creditori. num 9.*

10 *Licentia, quæ conceditur incapaci creditori in feudo, vel emphiteusi, fit conditionaliter.*

11 *Licentia hipothecandi gratis concedi debet. Quia non grauat dominum, vt ibi.*

12 *Creditores cogere ad soluendum laudimium, vel quid simile dominis assensus hipothecandi concedentibus, est maxima iniquitas. & num. 21.*

13 *Laudimium in contractu alienationis conditionali, non debetur.*

14 *Laudimium non soluitur, vbi inuestitura opus non est.*

15 *Laudimium soluitur domino, qui reperitur tempore acquisitionis, & assignationis rei, non illi, qui fuit tempo-*

*tempore obligationis.*

16 *Laudimium non soluitur in rei obligatione pro tanto pretio, ita vt non sit spes luitionis.*

17 *Consuetudo soluēdi laudimia contra ius commune, debet esse præscripta.*

*Imò censetur extorsio, & indebita exactio. num 18.*

19 *Seruitia domino præstita contra ius, præsumuntur per vim & metum extorta.*

20 *Consuetudo soluendi laudimia, vltra quinquagesimā non valet.*

21 *Laudimium non soluitur pro pignore, seu hipotheca in re feudali concessa, & num. 12.*

## PACTVM IX.

*Circa laudimia soluenda.*



Onum est pactum laudimiorū casu quo proprietas in alterum transferatur, iuxta l. fi. C. de iure emphi. quod etiam ma-
1 ximè grauat liuellarium, quia † tanto minus vendit rem suam propter hoc onus adiectum. Valasc. decis. 70. sub num. 14. Cagnol. in l. 2. num. 236. C. de pact. inter empt. & vendito. Pantal. in l. 2. num. 255. & 265. C. de rescind. vendit. Ideo si quis recepta pecunia submittit rem propriā
2 oneri emphiteutico, † vel feudali ita ut subiaceat laudimijs, deuolutioni, vel commisso, non valet contractus, tanquam vsurarius. Moder. Paris. cons. 30. visis, & diligenter. in fine, & in tracta. de vsur. quæst. 57. num. 401.
3 Hinc rectè in legibus Franciæ sancitum fuit, † quòd pro redditibus pecunia constitutis, & acquisitis, nulla sint laudimia soluenda, nec alia iura dominicalia debeantur in constitutione, nec redemptione; vt ipsimet Moderni testantur in Consuetud. Paris. §. 58. & tit. 2. in prohem. num. 19 cum sequen. & in tract. de vsur. quæst. 6. num. 129 circa med. Tiraquell. de retract. conuent. ad finem titu. num. 134. Pontus tract. de laudimi q. 3. in fine. Valasc. de iure emphit. q. 32. num. 32. Io. de Plat. in l. fin.

C. de

C de censibus lib.11. Sola in antiq. constitut. Sabaud. de iure emphit.gl.1.num.36. fol.33. Nimirum, † quia laudimium debetur tantùm domino rei, à quo res ipsa dependet, originaliter prouenit. d.l. fin. C. de iure emphit.quia ipse est, qui inuestituram coucedit; † & propter illam soluitur. Clar.de emphit.q.23.Pont.d.tract. q.1.num.7. Socin.Iun.consil.70. nume. 28. in 3. Sola de iure emphit. glo. 1. Principis intentio sub num 19.fol. 32. Igitur absurdum est,quòd hic soluatur, prout semper solutum fuit Confraternitatibus, cùm non sint dominæ rei, vt supra ostendimus in Quæstione 1. quibus nulla iura dominicalia debentur vt supra. 4 5

Prout etiam non debentur in censibus, † nec annuis redditibus, vt disponit Bulla Pij V. & ibi Virg. Boccat. part.2.num.66.& part.3.num.33. Et tandem, quia titulus. C. de iure emphit.& cap. potuit. de locat. non hñt locum,nisi in vera,& propria † emphiteusi, non in ista fictitia, & simulata. Barbat.cons.51.col.20. sub nume.17. vers.& plus videtur in 1. & consequenter nec statutum Mant.sub Rubr.qualit. inuestitus ad affictum, &c. habebit locum in istis contractibus,quia loquitur in domino rem suam concedente, quòd secus est hic. 6 7

Et quatenus etiam versaremur in vera, & propria emphiteusi,vel feudo † sciendum est, quòd cogi potest dominus præstare assensum creditori, seu emphiteutæ, & vassallo petentibus licentiam hipothecandi, & obligandi emphiteusim,vel feudum: quia si cogi potest,quando alienant,pariter & quando obligant. Lucas de Pen in l.1. in princip.C. de fund. patrimon. libr.11. Rip.in l. obligatione,num.39. ff.de pignor.& hipoth. Brun.cons. 12. num.148. Et nemini etiam penitus † incapaci deneganda est: quia si conceditur hæbreis, cum quibus rigor seruatur: quare Christianis prohibetur? Consuetudo alienandi feuda,& bona emphiteutica.Mant.inteoducta est propter penuriam bonorum allodialium,& publicum bonum commerciorum,& hoc iure vtimur:quia tunc non conceditur absolute, † sed conditionaliter,scilicet, vt infra annum computandum a tempore acquisitionis capaci,vel capacibus alienatio fiat. Alexan. cons. 8 9 10

120. num.4.in 1. conf.90.num.3.in 4. Iaf. in l.fin. num. 91.C.de iure emphit.Clar. de emph. q.33.in fin. Anch. conf.165.q. talis eft.col.1.

11 Et ficut ifta licentia obligandi,† & hipothecandi gratis concedenda eft: quia non grauat Dominum,nec ius fuum tollit. Sola in antiq.Conftitu Sabau.de feudis. gl. 2.part.5.incip fecundum requifitum fub num.1. fol.57. Surd. tota decif. 286. Ita quàm maximè damnandi funt quidam,qui,vt audiui,non erubefcunt petere laudimiũ
12 à creditoribus† fimiles petentibus licentias, quod non eft permitendum,tanquàm contra ius Crau.confil.464. in prin.Modern. Parif.fuper confuet. §. 22.nu.6.Amad. de Ponte tractatu de laudimijs, q.33. Bero confil. 117. fub num.7.verf. vel quando exprefsè in 1.contingere. n.
13 poteft,quòd nunquam fequatur alienatio †prout nec in alienatione conditionali folui debet, quia poffibile eft, quòd non fequatur. Redoan.de reb.ecclef.non alienan. tit.de laudim.q. 11.fi verò per emphiteutam. nume. 20. fol.381. Surd.decif. 305. nume. 18. & vbi non eft opus
14 inueftitura,† non eft etiam foluendum laudimium. Iaf. in l. fin. fub num.52. C.de iure emphit. Redoan. d.titu. de laudim. quæft. ifta autem,numer.21.in fine.fol.386. Sequi poffet maxima abfurditas, & inconueniens propter duplicatum onus, & laudimium, quòd creditor hoc cafu foluere cogeretur; primum ob affenfum impetratum fub hipotheca, & obligatione feudi, vel emphiteufis,fecundum quatenus contingeret fibi af-
15 fignari fundus tempore alterius domini,† qui in feudo vel dignitate fucceffiffet, quia ifti, non primo debetur. Amad.de laudim.q.36.num.6. Papon.lib. 13.tit.2.areft. 26. Crauet.confil.212. num.7.& 8. Iaf. in l.more.num. 23. ff. de iurifdict. omn.iudic. Surd.conf. 84. num.4. 5. 6. Gabr. conf. 83. fub num. 15. & per totum in 1. Bertazol conf. ciu. 44. in 1. Et aliquibus vifum fuerit de-
16 beri laudimium,cum †vbi feudum pignoratur pro tanto prætio,itaut non fit fpes luitionis, quafi quod alienatum quodammodo dicatur, Amad d.q. 33.num.3. Id tamen hodie verum non eft,quia certiffima eft fpes luitionis; cum regulariter creditor teneatur imputare fructus

in fortem.

in sortem.c. 1.& ibi Abb.& alij de pignor. quam rationem ponit Rip. cuius locum nunc non succurrit: qui etiam aliter respondet in l.1. sub num.12. ff. de pignor. & hipoth.

Minus possent se fundare domini illi ambientes laudimia à creditoribus sub prætextu soliti vel consuetudinis, † quia negatur ista consuetudo, ad quam 17
inducendam requiritur cursus quadraginta annorum. Alex. cons. 5. num. 13. in 5. Sola in antiq. constit. Sab. titulo de iure emph. gloss. prohibet in fine fol. 34. & omni in casu non puto illam valere, † sed esse extorsio- 18
nem, & indebitam exactionem. Brun. cons. 210. col. 1. & & 2. Lancel. Gallia consil. 1. num. 99. vers. quinimò. Sola d. glos. in princ. Iacob. Emilian. cons. 73. num. 21. longaq; vsurpatio prætensa non inducit obligationem in futurum, & seruitia domino præstita † contra ius, 19
præsumuntur per vim, & metum extorta Naua. cons. 1. nu. 2. 3. & sub num. 5. lib. 1. vol. 1. Couar. in cap possessor. §. 4. num. 1. de reg. iur. in 6. Ideo si non valet illa consuetudo, per † quam debetur laudimium maius 20
quinquagesima: veluti fouens auaritiam dominorum damnatam in l. fin. vers. & ne auaritia tanti domini. C. de iure emphiteu. l. 1. C. de pascuis publ. lib 11. Fulg. cons. 6, Crau. cons. 332. num. 21. 464. num. 7. Sola in antiq. constit. Sabaud. titulo de iure emphit. gloss. 1. Principis num. 4. fol. 31. quanto magis hic valere non debet † cum nullo modo de iure debeatur laudimium 21
pro hipotheca, vel pignore in re feudali concesso. Burs. cons. 171. num. 36. in fine.

## S V M M A R I A.

1 *Pactum, quod in liuellario contractu dominus præferatur odiosum.*

2 *Eo magis quand o potest rem habere pro minori præcio.*

3 *Statutum Mantuæ sub Rub. qualit. inuest ad affict. intelligitur in vera emphiteusi fundiaria.*

PA-

# PACTVM X.

*De prælatione Domini, in re liuellaria.*

EX his colligitur etiam quàm graue, & damnabile sit Decimum Pactum per q̃d Confraternitates, & alij sic contrahentes, non tantùm volunt præferri casu, quo liuellarius voluerit rem alienare, verum etiam pro tribus solidis minus pro qualibet libra rem ipsam consequi, eius scilicet
1 prætij, quod ab extraneo † oblatum fuisset liuellario; tã vigore iuris communis, quoad prælationem, vt in l. fin. C. de iure emphit. quàm Statuti Mant. sub rubr. qualit. inuestit. ad affict. &c. respectu deffalcationis prætij. Primum enim per se odiosum est: quia nemo debet cogi vendere magis vni, quàm alteri. l. dudum. C. de contrahend. emption. Parisius consil. 82. num. 4. in 3. & ideo pactum illud reddit contractum vsurarium. Bero. consil. 169. num. 11. in 1. Secundùm autem multò plus est one
2 rosum, † & cùm sit contra ius commune. d. l. fina. ibi, tantam quantitatem præstare quantam. C. de iure emphit. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. gl. 18. num. 5. Corbul. de caus. priuat. ob alie. q. 2. Menoch. consil. 137. num. 5. ideo intelligendum statutum, vt loquatur in
3 vera re emphiteutica, † procedente originaliter ab ipsomet domino. Alex. consil. 76. num. 11. cum seq. in 5. Ruin. consil. 114 nume. 4. & sequen. in 1. Sola in antiq. constitu. Sabaud. de feudis glo. 2. partis, sub nu 3. fo. 58. non in istis contractibus, vt scripsimus etiam in Pact. 9. præcedenti, nu. 7.

## SVMMARIA.

1 *Onera, & gabellæ spectant ad emptorem fundi.*
2 *Et vbi his grauatur venditor, contractus redditur suspectus.*
3 *Pactum, quò liuellarius tenetur soluere onera, & in-*

*superindicta redit contractum fœneratitium.* 3

4 *Vēdens censum nō tenetur soluere onera rei, nec gabel lai, nec expensas instrumentorum.*

5 *Venditor census si tenetur soluere de suo gabellas, & expensas instrumentorum, non habet pretium iustum, quod habere debet, ab emptore.*

## PACTVM XI.

### Circa Dacia, & Gabellas. 4



Imiliter & vndecimum Pactum quàm sit præiudiciale patet; cum ex illo cogatur liuellarius soluere omnia dacia, & gabellas, tàm primi contractus, quàm secundi: casu quo contingat affrancatio, cum ista onera † spectarent pro dimidia 1
ad Confraternitatem acquirentem, iuxta ordines de dacio contractuum. Menoch. cons. 109. num. 20. & proin- 2
de colligitur ipsam non habuisse voluntatem verè emendi, sed dandi pecunias ad certissimum lucrum sine aliqua impensa, vnde contractus in fraudem † vetiti fœ- 2
noris confectus apparet. Bal. cons. 311. nume. 10. in 5. Ambros. di Vignate in capit. salubriter, num. 5. de vsuris Bero. cons. 165. num. 13. 14. cons. sequent. num. 7. inter Paris. in terminis contractus liuelli Mant cons. 54. num. 77. & cons. seq num. 56. in. Menoch. 109 num. 20. Rolan. 40. nume. 35. in 2. Palet. 70. sub nume. 7. Plot. 83. num. 6. 7. Laderch. Imol. 132. sub num. 5. Lup. de vsur. comment. 2. §. 1. num. 45. Cepol. de simulat. contract. præsump. 6. Alex. cons. 54. num. 1. in fine in 6. Abb. cōs. 96. in præsenti cōsultatione, num. 2. vers. quarta coniectura in 1. Menoch. libr. 3. præsump. 122. num. 37. Sola in antiq. constit. Sabaud. titu. de pact. inter empto. & vendito. gloss. assiduæ. num. 17. fol. 127. Moder. Parisien. de vsur. quæst. 10. 6. num. 129. Borgn. decis. 14. num. 5. in 2. Valasc. decis. 70. sub. nu. 14. Boccat. de censibus par. 2. num 167.

Augetur fraus, & mala intentio sic contrahentium,

3 quando adhuc liuellarius teneretur soluere onera, † & collectas, non autem Confraternitas, prout subintelligitur pactum istud in inuestituris, & plerunque in illis exprimitur, ita Bald. d. cons. 311. num. 8. in fine in 5. cũ alijs preciratis. Natt. consil. 198. sub num. 11. lib. & 13 cons. 497. num. 13. Borgn. decis. 2. num. 8. decis. 16. num. 25. in 2. Sola vbi supra num. 16. Ioseph. Ludouic. conclus. 51. versic. decima tertia coniectura, & ferè omnes in locis supra citatis. Nam nec in contractibus vere cen-
4 sualibus potest pacisci, quòd venditor census, † & annui reditus teneatur de suo soluere onera rei, gabellas, dacia, & instrumentorum expensas. Boccat de censib. par. 2. num. 123. & num. 167. cum enim contractus censuales sint multum similes vsurarijs, bona fides in illis exuberare debet. Bocc. loco citato part. 3. nume. 1. & 8. Id quod quod non contingit si emptor census non subit illa onera, ad quæ regulariter veri emptores tenentur, alias læsa est conscientia, & suspicio fœnerandi insurgit, non e-
5 mende quia hoc modo venditor si tenetur † pro parte emptoris soluere gabellas, & dacia, aliaque onera, non habet prætium iustum, quod habere debet. Pantal. in l. 2. num. 255. C. de rescind. vendit. Soc. consil. 247. colum. 2. versic. sed si de dictis florenis sex millibus. in 2. Modern. Parisien. de vsur. q. 6. sub num. 130. vers. vnde nó debet interim.

## SVMMARIA.

1 *Liuellarius non tenetur suscipere inuestituram de re sua, nec alium honorem domino præstare.*
2 *Inuestitura non debet suscipi pro re allodiali.*
3 *Emphiteuta non tenetur suscipere inuestituram de nouennio in nouennium, non cadit à re.*
4 *Conditio in licentia expressa, quod emptor feudi, vel emphiteusis infra quindecim dies teneatur suscipere inuestituram, quomodo intelligatur, & numer. 7.*
5 *Laudimium soluens, dicitur recognoscere dominum, tanquam dominum.*

6 *Emphiteusim acquirens, habet annum ad suscipiendã inuestituram.*

8 *Dominus non potest arctare tempus à iure communi concessum, in suscipienda inuestitura.*

9 *Heres emphiteuta non tenetur inuestituram renouare, nec etiam emphiteuta ipse mortuo domino. nume. 10.*

11 *Dominus non debet grauare emphiteutam, nec vassallum, onere reiterandi inuestituras.*

12 *Inuestituræ renouatio fit ad ius conseruandum.*

## PACTVM XII.

### *De Inuestitura suscipienda.*

DVodecimum Pactum suscipiendi inuestituram ipsius rei, de nouennio in nouennium; Similiter est maximè onerosum, & contra ius, & æquitatem, quia Confraternitas disciplinatorum non est domina rei, & insultè petit hæc signa honoris, † reuerentiæ, quæ soli domino debentur. Io. de Amic. consil. 149. nume. 3. Soc. cons. 66. nume. 31. in 3. Bursat. cons. 181. num. 20. & Et cum ista bona non sint 1
feudalia, nec emphiteutica, † sed allodialia, frustra debet suscipi inuestitura. Alexan. cons. 73. sub num. 18. 2
19. in 4. & cons. 136. in fin. in 1. consil. 9. nume. 10. & 11. in 5. Menoch. cons. 91. num. 38. in fin. Surd. consil. 151. num. 66. cons. 135. sub num. 79. Crau. 662. nume. 27. in fine. Roland. 32. num. 18. ad finem. in 4. & supra in Pacto nono probauimus, quòd per istum contractum nulla iura dominicalia quærantur Confraternitati. Rota Auenion. decis. 38. volum. 2.

Hinc sequitur quàm maximè reprehendendos fuisse illos, qui sub prætextu quòd isti liuellarij non suscepissent, aut non renouassent inuestituram adueniente nouennio, caducitatem declararunt, quod si meram respicit iniquitatem, etiam respectu veræ, † & propriæ rei 3
emphiteuticæ. Rimin. Sen. toto cons. 74. Rim. Iun. cõs.

257. num. 13. Tomingius tota decis. 52. Anania. cons. 90. fortius hic, vbi res talis non est, nec vnquam fuit.

Prout nimis dura semper mihi visa fuit practica illa, quòd vbi conceduntur licentiæ à dominis alienandi feudum, vel emphiteusim, semper addunt plicam hanc, quod emens, vel acquirens teneatur infra quindecim dies suscipere inuestituram, sub pœna caducitatis, & deuolu-
4 tionis. Quæ clausula licet † intelligatur, postquàm emptor iam fecit contractum cum vassallo, vel emphiteuta vero, & possessionem rei adeptus est. Freccia. de subfeud. lib. 2. in tertia authoritate, num. 8. Curt. Iun. de feud. part. 4. num. 57. Iacobin. in inuestitura in verbo, qui quidem inuestiti. num. 25. & in verbo, ita quòd ipsi, num. 14. quia priuatio, (vt est caducitas) supponit habitum, & sic, quòd feudum sibi acquisitum fuerit. Nihilominus etiam memini me aliàs vidisse contra pauperem rusticum, qui cùm infra dictum tempus non recepisset, nec petijsset inuestituram (soluerat enim laudimium domino, & ob id se omnibus satisfecisse credebat) declaratam fuisse caducitatem, vnde coactus fuit metu amittendæ rei rursum ferè dimidium soluere laudimium
5 quod iniquum fuit, tum quia iam soluerat † laudimiũ, & sic dominum recognouerat, & sibi subiectum profitebatur. Aluar. in cap. 1. §. illud. num. 3. tit. de prohibit. feud. alienatione per Feder. Gozad. cons. 65. sub num. 13. Amad. de Ponte tract. de laudimijs. quæst. 1. num. 7. Anan. consil. 90. Ias. in l. fin. num. 32. 33. & 40. C. de iur. emphit. tum quia iniquum est præsidium, quo quis se fundat in solo temporis cursu. Ias. in terminis consil. 64. in 3. cons. 117. in 4. Socin Iunior. 115. num. 16. in 2. iniquissimum autem est, quando aduersatur iuri com-
6 muni, vt hic: quia emphiteusim acquirens habet † annum, & diem ad petendam inuestituram, quemadmodum & nouus vassallus, vt post Ias. scribit Cagnol. l. 2. num. 109. C. de pact. inter empt. & vendit. Amad. de Ponte de laudim. q. 19. num. 4. Sola tit. de iure emphit. glo. Principis sub num. 32. fol. 33. in consuetud. Sabau. & Corbul. de caus. priuat. ob non petitam inuestituram num. 1. & sequen. Et tandem quia pœnæ istæ magis ad

terro-

terrorem imponuntur † quàm quod exequantur. Iacob. 7
de feudis verſ dictique vaſſilli, num. ... qui cum loqua-
tur in ſupremo domino iuriſdictionem habente, con-
ſequenter inferiores ab ipſo non poterunt has pœnas,
tanquam contra iura indictas, † & ad fouendas eorum a- 8
uaritias apponere, Iſer. Aluar. Præpoſ. & Afflict. in c 1.
in princip. tit. quo tempore miles. Iacobin. in inueſtitu
ra feud. in verb. qui quidem inueſtiti, nume 13. Brun.
conſ. 21 1. Et eccleſia domina directi cum ſit pietatis cul
trix, non debet locupletari cum alterius iactura, quoties
eius conditio non eſt facta deterior. Butr. conſ 34. num.
2. Bero in cap. potuit. num. 164 in fine de locat. Rot.
Auenion. deciſ. 143 num. 10.

Similiter abuſus etiam ille repertus ex notariorum
auaritia, eſt deteſtandus: vidi enim quoſdam Notarios
præpoſitos ad has inueſtituras conficiendas, ſæpius co-
gere ignaros ſucceſſores, in emphiteuſi, ad illas ſuſcipiē-
das, quod nullo pacto permittendum eſt: quia † ipſi 9
de iure non tenentur (loquor ſemper in vera, & pro-
pria emphiteuſi.) Purpur. conſ. 484. ſub nume. 17. &
ſequen. Salic. in l. fin. colum 5. C. de iur. emphiteutico.
Redoa. de rebus eccleſ. non alienan. titulo de laudimijs
quæſt. & ad ſolutionem. num. 4. fol. 382. Sola in antiq.
conſtitution. Sabaud. tit. de iure emphit gloſſ. 1. Princi-
pis intentio ſub num. 19. fol. 32. & gloſſ vlt. primæ par
tis num. 4. fol. 16. Rim. Iun. conſ. 22. nume. 9. & ſequen.
Burſat. 253. num. 61. Ruin. conſil. 159. num. 7. 8. & ſub
num. 10. in 1. Prout nec etiam petenda eſt † mortuo do 10
mino directi. Burſat. conſil. 137. num 48. Rim. Sen. cōſ.
74. numer. 9. cum ſequentibus. Pariſ. conſil. 86. num.
8. in 4.

Minus petenda, & ſuſcipienda erat ab illo fratre, qui
cum vellet alienare partem ſuam extraneo, notarius qui
dam mendaciter perſuadebat dominum non poſſe, vel
non eſſe ſolitum concedere licentiā alienandi, niſi prius
ipſe de parte ſua, quam diſtrahere intendebat, inueſtitu-
ram particula rem reciperet, vnde cogitans frater ille ſa
tius ſibi eſſe ſatisfacere petulantiæ auidi notarij, quàm
litem inſtituere, illam ſuſcepit, ſed fruſtratoriè: quia in

antiquis per patrem receptis vocatus fuerat, vnde ista non erat iterum assumenda. Purp. vbi supra, Et satis ini
11 quum † est grauare emphiteutam, & vassallum onere reiterandi inuestitnram. Amad. de Ponte, de laudim. q. 44. num. 17. Sola in constitut. Sabaud. de iure emphiteutico, tota gloss. 4. vassalli, fol. 10. 11. multò fortius grauare illum, qui desinebat esse vassallus, & emphiteuta, & sic nulla subsistebat iusta causa renouationis inuestiturae, Ruin. toto cons. 159 in 1. Sola dicta gloss. 4 vassalli in
12 fine. cum inuestitura † fiat ad conseruandum ius, Alex. cons. 79. num. 8. in 3. quod cum hic extingueretur, non erat necessaria. Gab. cons. 66. num. 55. in 2.

## SVMMARIA.

1 *Liuellarius non tenetur soluere aliquam honorantiã domino, & num 9.*

2 *Caponi pro honorantia debiti non debentur, sed praecium.*

3 *Dominus feudi, vel emphiteusis non potest alterare solitas praestationes.*

4 *Decima, si nunquam solita fuit solui de aliqua re non debetur, quicquid dicat inuestitura.*

5 *Solitum attenditur in praestationibus emphiteuticis.*

6 *Honorantia, quam praestat vassallus, vel emphiteuta domino, ex qua soluatur, & in quibus locis nõ praestetur nu. 7.*

8 *Dominus non potest augere solutionem, quam vassallus, vel emphiteuta praestat pro honorantia.*

10 *Iura dominicalia non debentur pro censibus, annuis redditibus, & liuellis.*

11 *Inuestituram suscipere nemo cogitur, nisi petens probet esse directum dominum, & requisitum esse vassallum, vel emphiteutam, num. 12.*

PA-

## PACTVM XIII.

***De honorantijs, & emolumentis inueſtiturarum ſoluendis.***



DEcimum tertium pactum, quod ſubintelligitur de ſoluendo ſolidos triginta, loco vnius paris caponum pro honorantia inueſtituræ, abſolutè abroganda eſt ſolutio iſta, quia indebitè grauat liuellarium, † qui ſi non tenetur ſuſcipere in- 1
ueſtituram de re ſua, vt ſupra amplè oſtendimus minus aliquid ſoluere aſſertis dominis liuelli pro honorantia, quibus nullus honor, aut reuerētia debetur, vt ante pro- 2
bauimus.

Opportunè autem hìc ſubticere non poſſum harum perſonarum illegitimam prætenſionem annis elapſis ſuſcitatam. Iſti freti inueſtituram verbis, quòd in aſſumptione illarum ſoluerentur viginti ſolidi loco vnius paris caponum ambiebant capones, non pecunias, ſub eo prætextu, quòd eorum valor creuerit vſque ad quadraginta, & vltra. Quam queſtionem diremit quidam Dominus Iudex declarando in poſterum ſoluendos eſſe ſolidos triginta loco caponum, non obſtante, quòd ante ſolitum fuiſſet viginti tantùm præſtari: Sed vti iniqua fuit prætenſio, ſic & ſententia, vel declaratio talis. Nam quòd 3
caponi non deberentur, patet, quia ſemper denarij fuerant in ſolutione, licèt caponi in obligatione, qui cum
fuerint viginti æſtimati, † pecunia, & prætium taxatum 4
ſolui debebat, non res, vel caponi. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mele. ff. de ſolut. Bart. in l. Paulus in fin. ff. eod. titul. Modern. Pariſ. de vſur. nu. 735. Menoch. conſ. 49. num. 12. 13. Gab. de ſolutionib. concluſ. 2. num. 11. 12. Surd. toto conſ. 392. & 438. & 335. num. 12. Ceph. 31. num. 3. & 7. Curt. Iun. conſil. 24. num. 6. Borgn. deciſ. 16. num. 43. in 2. Semper ſolitum fuit pecuniam præ- 5
ſtari non animalia, igitur Confratria non debebat alterare † ſolitas præſtationes, vt a fortiori dixit Bart. & alij 6

in l. domini prædiorum per illum text. C.de agricol. & censit.libr. 11.quòd si quis conduxit prædium, pacto expresso,quòd annuatim teneretur soluere censum in frumento tantùm,attamen non obstante pacto poterit soluere prætium frumenti,in pecunia inuito domino:quia ita consuetum erat. Ias in l.vt liberis.num. 12.C.de collat.& Castr.cons.17.in fine. in 2.dicit,quòd si quis fuerit
4 inuestitus † cum facultate decimandi de omnibus fructibus,& fœno; si nunquam consuetum fuit solui decima de fœno; illud non debetur,non obstante inuestitura,sequitur Grammat decis.59.num.8. Alexan. inter
1 consil.1.Calcan.40.& Natt.cons.217.num.8.dicit quòd si quis ex instrumento tenetur soluere omni anno ducenta,& longo tempore soluit,nisi centum,in plus etiã
5 non tenebitur. Et ita quòd solitũ attendatur † in præstationibus emphiteuticis, tradit Sola in antiquis constitutionibus Sabaudiæ titulo de iure emphit. gl.8.tributorum num.3.fol.26.tex.est in l.1.C de pasc.publ. lib. 11. multò fortius hîc: quia si cursu temporis non debet augeri pensio,nec canon rei emphiteuticæ. Ias.in l. 2. q. 36.num.31.C.de iure emphiteutico. Corbul in fine sui tractatus, de emphit.quæst. 10. multò minus istæ honorantiæ,quæ cùm non præstentur ob aliquam vtilitatem,quam percipiat liuellarius,ex re sibi concessa, (fat enim videtur,quòd pro illa soluat canonem, & pensionem)sed pro honore,& reuerentia quadam, quam facit
6 domino in receptione ipsius inuestituræ,quæ ideo † dicitur quædam liberalis recognitio,& donatio, vassalli;& emphiteutæ, secundum Alexand. d.consil.49. in princ. inter illa Calcan; vbi citat textum in l. si remunerandi in princip.& ibi notat gloss. ff. mand.& in l. 1. §. ideo. vers. honorarium. ff. si mens. falsum mod.dixer. Iniquũ videtur arctare vassallum,vel emphiteutam,ad plus donandum,& ellargiendum quàm ipse vellit,quia tali casu huiusmodi solutio,& præstatio perdit nomen honorantiæ.l.rem legatam in fin. ff.de adimen. legatis. Hinc
7 in Regno Galliæ † soluitur solidus vnus tantum, qui facit quindecim denarios. Moder. Parisiens. in suis consuetud. §.55. glo.6. In Regno verò Neap. quid modicum,

cum, Petr. ac Gregor. de concess. feud. part. 8. quæst. 16. tit. de iure renouat. num. 17. & in aliquibus locis nihil, prout in Statu Montisferrati, & Pedemõtano. Brun. consil. 110. & quòd nihil soluendum sit, tradit Calder. consil. 7. titulo de feudis. Et ita quod vbi quid modicum soluitur per vassallum, vel emphiteutam in recognitionem honoris † & dignitatis domini, id quod præstatur in hanc causam, crescere, nec augeri debeat, tradit Sola in antiq. constitut. Sabaud. titulo de iure emphit. gloss. 8. tributorum. num. 5. & 6. fol. 26. per text. in l. fin. §. & ne auaritia C. de iure emphit. cui textui accommodari possunt dicta Bart. in l. quæcunque la 2. & in l. finali. C. de omni agro deserto lib. 11. Bald. in l. fin. C. de alluuion. Alexand. consil. 79. colum. 4. versic. & licèt non inueniatur, in 1. Iacob. Emilia. consil. 28. nume. 3. Castr. cons. 387. per suprascriptum. in princ. in 2. Ruin. cons. 157. num. 15. in 1. melius Crau. cons. 282. ante numerũ primum. 8

Ista tamen seruiãt pro veris bonis emphiteuticis, fundiarijs, bonisque feudalibus: quia quòad ista liuellaria † de quibus agimus, nihil soluendum est, nec aliqua inuestitura suscipienda: quia pro censibus, & redditibus pecunia acquisitis, nũlla debentur priuilegia dominicalia † acquirenti. Boccat. de censib. part. 2. num 66. & part. 3. num. 33. Tiraquell. de retract. conuent. ad finem. titul. numer. 134. Modern. Parisien. de vsuris q. 6. num. 129. circa med. Et adhoc, vt quis cogi possit ad subeundam inuestituram prius constare debet petentem † esse dominũ directum rei. Iacobin. de feud. in verb. ditique vassalli promiserunt sub num. 20. Alba. consil. 62. nu. 18. & cons. 64. num 29. & requisitum † esse vassallum, vel emphitheutam. Purpur. in l. & quæ à diuo. num. 35. & sequen. C. de edend. & cons. 49. March. decis. 606. part. . Sola in constitut. Sabaud. de iure emphit. gloss. recognoscere sub nume. 1. fol. 10. Faciunt, quæ diximus in Pacto 4. num. 9. & 5. num. 10. quòd secus est hic, quia liuellans nullum dominium habet in re liuellata: vt amplè probatum fuit in quæst. 1. 9 10 11 12

## SVMMARIA.

1 *Pactum, quòd liuellarius tenentur tradere inuestituram ecclesia suis expensis nimis grauat.*
*Et reddit contractum usurarium, num. 2.*
3 *Pactum, quòd liuellarius tenentur soluere dacia, & gabellas, reddit contractum fœneratitium.*
4 *Licentia cui primo concessa est praefertur.*
5 *Dominus cogi potest ad concedendam licentiam emphiteuta alienandi, quando ipse acquirere recusat.*
6 *Dominus cogi potest praestare licentiam emphiteuta hipothecandi, & num. 33.*
7 *Consuetudo alienandi feuda Mant. & bona emphiteutica quare introducta.*
8 *Dominus feudi, vel emphiteusis tenetur primo crediteri venienti concedere licentiam.*
*Et requisitus à duobus eodem tempore tenetur anteriori in tempore contractus illam concedere. numer. 9.*
*Nisi posterior sibi cauisset super bonis obnoxijs & prior non, quia posteriori concedenda esset num. 10.*
11 *Bona emphiteutica, & feudalia non veniunt in obligatione bonorum generali.*
12 *Inuestitura prima mutari, nec alterari potest.*
13 *Feudum, vel emphiteusis per mutationem persona nō alteratur, & num. 21.*
14 Pralatus tenetur concedere inuestituram noue emphiteuta, & vassallo, prout eius auctor fuerat inuestitus.
15 *Vassallus subinfeudando, debet concedere eodem iure, quo ipse tenet.*
16 *Pralatus concedendo feudum antiquum alteri, eodem iure non dicitur alterare eius naturam, nec ecclesia praiudiare, num. 18. & 20.*
17 *Infeudare de nouo, & feudum reconcedere, diuersa sunt.*
19 *Pralatus non potest feudum nunquam concessum, tertio*

*tia dare iure antiqui feudi.*

22 *Emphiteusis antiqua si mutetur in feudum dicitur antiquum.*

23 *Feudum non alteratur per nouum contractum.*

24 *Inuestitura facta in successorem singularem, intelligitur secundum illam auctoris sui.*

25 *Vassallo, & emphiteuta incumbit onus petendi licentias à dominis.*

*Sed de cõsuetudine, tàm emptor, quàm creditor illas petunt. ibidem.*

26 *In iudicio subhastationum veniunt bona emphiteutica & feudalia.*

27 *Et domini cogi possunt ad inuestiendum creditores.*

28 *Statutum laicale disponens de iure vtilis dominij vassalli, & emphiteuta valet, licet bona perueniat ab ecclesia.*

*Quia tale dominium adhuc est penes laicum num. 29.*

*Et statutum dicitur ecclesia fauorabile, num. 30.*

31 *Ecclesia cogi potest inuestire creditorem emphiteuta, & vassalli, quia sentit commodum laudimiorum, & num. 34.*

*Et respublica commodum tributorum, & gabellarũ. num. 35.*

32 *Bursat, cons. 171. num. 53. 59. refellitur.*

33 *Consuetudo arctans dominum ad dandam licentiam alienandi vassallo, & emphiteuta, multò magis obligandi, & num. 6.*

36 *Creditor emphiteuta potest cogere dominum ad recipiendum canonem ab ipso.*

*Pari ratione, & ad concedendam licentiam hipothecandi. num. 37.*

*Maximè quando habet mandatum ab emphiteuta. num. 38.*

39 *Inuestitura alterari potest de voluntate inuestiti.*

40 *Feudum antiquum potest fieri nouum de consensu agnatorum.*

41 *Inuestitura passim alterari possunt, vbi feuda alienabilia sunt.*

42 Con-

42 *Consentire non dicitur querimonias faciens.*

43 *Metus amittendi magnam iacturam, in bonis rescindit contractum.*

44 *Metu recepta inuestitura sub alia forma, quàm erat praecedens, non valet.*

45 *Ecclesia non debet locupletari cum aliena iactura.*

46 *Praelatus non potest alterare inuestituram, ad praeiudicium ecclesiae.*

47 *Dominus, & vassallus ad imparia iudicari non debent.*

## PACTVM XIIII.

*De Expensis instrumentorum, & inuestiturarum.*

Decimum quartum pactum, per quod astringitur liuellarius ad soluendum expensas notarij, qui libet vice susceptionis inuestiturae, & illam tradere releuatam, & registratam assertis illis dominis † nimis
1 graue est. Sola in constitut. Sabaud. titulo de iure emphit. gloss. 4. vassalli prope finem, fol. 11. quia hoc modo duo tenetur releuare instrumenta inuestiturarum, vnum pro se, alterum pro asserto domino suo, & pro vtroque satisfacere notario, & soluere etiam
2 expensas registri. Quae pacta reddere † contractum vsurarium dixerunt. Bero. cons. 165. nume. 13. & 14. & 166. num. 7. 169. num. 7. in 1. consil. 84. nume. 11. in fin. in 3. Paris. cons. 55. num. 56. in 1. Cepol. de simul. contract. praesump. 6. num. 98. Rim. Iun. cons. 433. num. 17. 18. Ioseph. Ludouic. conclus. 51. coniect. 31. Et eò magis vsurarium esset, casu quo teneretur soluere expensas primi illi instrumenti fictae emptionis, & venditionis: vt saepè fit; vel saltem vltimi affrancationis, atque
3 etiam dacia, † & gabellas: quia hoc modo colligitur venditionem illam fuisse simulatam, & praecognitam ad paleandum contractum mutui, quoniam sic contrahens, noluit aliquod sentire onus, nec expensam, sed merum lucrum, prout fit in mutuo. Valasc. decis. 70. sub num. 14. Menoch. libr. 3. praesumpt. 122. nume. 57.

Ioseph.

Ioseph. Ludou.concl.51. coniectura 13. Rimin. Senior. cons.629.num.7. Alex.cons.46.in 3.

Adhuc magis detestandum esset pactum illud, per quod cogeretur emphiteuta suscipere instrumentum inuestituræ, sub alia forma, quàm quòd author suus fuisset inuestitus. Vt memini paucis ab hinc annis contigisse, quòd cum quidam reperiretur creditor emphiteutæ, cuius bona subhastabantur, & peteret à Capitulo domino directi bonorum, licentiam hipothecandi, ad effectum, vt tot alijs creditoribus præferretur, tenuit ipsum præstare assensum, & licentiam, nisi adueniente casu assignationis, & adiudicationis bonorum, creditor ipse susciperet inuestituram sub pactis longè sibi præiudicialibus, & diuersis: imò contrarijs inuestituræ debitori, & omnibus eius præcessoribus, concessæ, & sæpius renouatæ. Creditor autem timens, nè si hoc modo licentiam reciperet Capitulum alijs creditoribus licentiam concessisset, ipsique nihil superesset, vnde satisfactionem suam consequi posset: quia is præfertur, † cui primò concessa est. Corbul. de caus. priua. ob alienat. q. 4. nume 18. & sequen. Surd. decis. 189. num. 19. 20. coactus fuit consentire huiusmodi licentiæ, & præiudicialibus pactis. Vnde adueniente tempore assignationis, & in solutum dationis, ob quam tenebatur suscipere inuestituram, consultus creditor protestatus est, quòd metu, & coactè recipiebat inuestituram ipsam, & non voluntariè, instans illam regulandam ad formam præcedentium, aliàs authori suo concessarum; Sicut enim de consuetudine, quiuis dominus rei poterat cogi ad concedendam licentiam † alienandi, aliàs habetur pro concessa l. fin. C. de iur. emphit. Roland. consil. 56. num. 16. in 4. Surd. decis. 240. num. 56. & 182. num. 12. Sola in constit. Sabaud. de feud. gl. 2. secundum requisitum, num. 1. fol. 57. Bursat. consil. 56. num. 22. vsque ad nume. 29. cons. 127. num. 52. 63. 256. num. 11. Surd. 182. num 74. cum sequen. Ita capitulum tenebatur † ad dandam licentiam hipothecandi: quia deinde per illam deuenitur ad alienationem, glo. in cap. 1. in verbo deinde, & ibi Doctor. tit. de alien. feud. aliàs per indirectum tollerentur commercia, propter quæ in-

3

4

5

6

7 ducta fuit † consuetudo huiusmodi bona alienandi. Bursat. dict. cons. 56. sub num. 8. cons. 50. sub num. 19. 256. num. 8. 9. & cons. 40. num. 8. Sola loco cita. num. 20. in fine. fol. 59. magis enim adest penuria bonorum allodialium, & ob id introducta consuetudo ista, & aliàs propter penuriam videmus diuites cogi posse ad alienationem bonorum suorum: DD. in l. 1. §. cura carnis ff. de off. præf. vrb. & Iuri. eodem empti & vend. pulchrè Bal. in l. 1. ff. de exc. tut. Nec Dominus potest magis vni creditori, quàm alteri gratificare, quia primo venienti

8 tenetur † licentiam concedere, licet fuerit posterior in tempore contractus, per text. in l. fin. §. & si præfatam. C. de iure deliber. & l. qui autem. §. sciendum, & l. pupillus. & ibi Bartol. & Angel. ff. quæ in fraud. credit. Rolan. cons. 14. num. 20. in 1. Phanuc. de inuent. part. 5. num. 135. cum sequen. Albens. cons. 11. num. 23. Sic vassallus diuersorum dominorum, si ab illis fuerit interpellatus, ad seruitia præstandum, primò interpellanti obligatur. Afflic. in cap. 1. num. 57. titulo quibus mod. feud. amit. Iacobin. de feud. in verbo & promiserunt num. 11. Schrad. de feud. part. 6. c. 6. num. 19. in fine. Data verò paritate, hoc est, quòd eodem tempore requiratur

9 à duobus vassalli, vel emphiteutæ creditoribus; † magis priori in tempore cõtractus illam concedere debet, quã posteriori. Corn. in d. §. & si præfatam. Bald. consil. 432. casus talis in 1. Phanuc. de inuent. part. 5. num. 148. aliàs appellari posset. Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqu. quotid. & æstiu. Paris. cons. 28. in 1. Dec. cons. 328. Ias. in l. 2. num. 23. C. de iure emphit. Gab. de iure emphit. conclus. 1. Quod intelligo si vterque creditor sibi cauisset, per hipothecam, super bonis istis obnoxijs, ab habita tamen licentia à domino: quia si alter non sic contra-

10 xisset, † etiam si esset prior. in tempore contractus, conseo dominum posteriori prius licentiam teneri concedere, quàm alteri. Corn. Bald. & Phanuc. in locis citatis. Tanto magis, quia in generali bonorum obliga-

11 tione † non veniunt feudalia, nec emphiteutica, nisi exprimantur, iuxta ordines patriæ, licet de iure communi, regulariter veniant emphiteutica, in obligatione, etiam

siue

fine domini consensu. Bart.& alij in l. pater.§.fin. ff. de pignor.act. Clar.de emphit.quæst. 18. Sola de iure emphit.glo.loquitur.num.3. fol.15.Bursat.cons. 44. numc. 26.

Quòd autem esset concedenda inuestitura eisdem pactis, successori in emphiteusi, vel feudo; creditor ille fundabat se, quòd natura prima inuestituræ mutari, nec alterari poterat; † & quicquid dicitur in posterioribus 12
non obstat, quia prima attendenda est. Bald. in capit. 1. sub num.3. titul.de eo, qui sibi, & hæredibus suis. in l. 1. num.13. C. quando non pet. par. Dec. consil. 192. pro tenui sub num. 5. consil. 390. quoniam sub nume. 2. & qui habet regulam pro se, dicitur habere intentionem fundatam. Dec. in l. 1. num. 6. 7. ff. de regul. iur. Feudum, vel emphiteusis per mutationem personæ, † non debet mutare eius naturam, vel conditionem. Afflic. §. præterea. 13
num.13. titulo quid sit inuest, sed quo iure fuit in persona venditoris, eodem debet esse in persona emptoris. Sola in antiq. constit. Sabaud. tit. de feudis glo. quartum requisitum, num. 15. fol. 65. sub vers. sed ego crederem; Ideo Prælatus tenetur renouare inuestituram successori singulari, antiqui vasalli, vel emphiteutæ † sub eisdé 14
pactis, formis, & qualitatibus; prout præcessor inuestitus fuerat. Bald. in auth. quas ruinas sub num. 4 versicu. quarto fiet renouatio. C. de sacrosanct. eccles. in l. 1. nu. 32. C. quando non pet. part. Et ita resolutum fuisse, refert Rota Bono tota decis. 87. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. q. 1. per totam. Sola loco cita. vbi latissimè Bursat consil. 256. in fine. Castrens. cons. 329. circa primum sub nu. 2. in 2. Corn. 250. in 3.

Hinc vassallus subinfudando, debet concedere feudũ eadem lege, qua ipse habet, & † eius naturam alterare 15
non potest. capit. 1. §. profectò. tit. de leg. corrad. Menoc. cons. 104. num. 9. in fine. cons. 158. num. 47. consil. 148. num. 14. Beret. toto cons. 109. Rim. iunior cons. 1. num. 58. & seq. 780. nu. 38. Bertaz. cons. 39. num. 35. & seq. cõs. 40. num. 5. & seq.

Prælatus feudum antiquum alteri, reconcedendo eodem iure † non dicitur alterare eius naturam. Dec. cõs. 16
53.

53.colum. 2.versic.quia respondetur, quod ex quo. Ias.
cons. 156.num. 5.6.in 2. Bero.77.num. 32. & sub nume.
45.in 1.Schrad.de feudis part. 4. cap. 2.sub nume. 32.&
part 2.cap. 3 num 74. Scribentes omnes in cap.2 .extra
de feudis,& in capit vt supra de reb. eccl. non alienan.
vbi dicunt quòd solus Prælatus potest libere bona, quæ
solita sunt in perpetuum concedi,& infeudari,ad se ite-
rum reuersa eodem modo in perpetuum cócedere, quia
ista non dicitur vera infeudatio, sed continuatio præ-
cedentis, seu illius exequutio Curt. Iun de feud 2.par.
princip.quæst. 1.num.7.& q. 4.num.5.& dicit gloss.in d.
17 cap.2 extra de feud. quod aliud est de nouo infeudare † aliud feudum antiquum ad ecclesiam reuersum iterum
infeudare,& ibi Imol.num. 2. 6.& 17. inquit, quòd a-
liud est feudum,etiam in alia persona renouare, aliud
nouiter concedere. & Roland.consi.1.num.83. in 1.scri-
bit,quòd infeudatio antiqui feudi,non est noua, sed qd
solitum est continuare,& Imol. in capit. vt supra col.
4.in fine de rebus eccl.non alien.inquit, ideo prælatum
18 † posse feudum antiquum eodem iure iterum reconce-
dere. quia non dicitur agi de præiudicio ecclesiæ, post-
quàm quælibet res de facili reuertitur ad suam pristi-
nam naturam. Secus si nouiter concedendo rem in feu
19 dum,nunquam antea concessum,† id faceret iure anti-
qui feudi,quia non posset,& ageretur de præiudicio ec-
clesiæ. Natt cons.467.sub num.9.& 23. Crauet.tract. de
antiqu.st. tempor.in fine.num.27. Potest tamen feudum
antiquum ad se reuersum, iterum reconcedere eidem
vassallo,vel alteri iure antiqui,vt diximus, ergo fortius
quando nusquam ad se reuersum est,sed assentit vassal-
lo (penes quem feudum adhuc antiquum reperitur)
20 vt alteri concedat,quia tunc de nullo † ecclesiæ præiu-
dicio agitur. Sola loco citat. quia respectu ecclesiæ feu-
dum,vel emphiteusis semper dicitur eadem,nempe an-
tiqua. Alciat cons. 10. num. 8.in 3. Cuman. consi. 99.
21 in princip & per mutationem personæ † non alteratur
illius conditio,& natura. Item. & Præpos. in cap. 1. col.
fina. circa medium, tit. qui succ. teneantur. Ardiz. &
Camerar. quas refert Pontus Neapol.cons.2.nu. 17. 18.

Sicut nec per mutationem nominis, vt quia de emphiteusi antiqua fiat feudum, quoniam adhuc † dicitur feudum antiquum. Dec. cons. 53. col. fin. versic. & licet antiqua inuestitura, & ibi addent.. Zuccard. cõs. 7. nu. 45 quia faciliùs feuda remanent in prima natura, quàm recipiãt nouam, nec alteratur † eorum natura, per nouum contractum: vt post Bald. tradit Afflict. cap. 1. col. 5. sub nu. 25. titu. qui success. feud. dare ten. Et vbi inuestitura noua conceditur, nouis personis secundum formam illam, qua alij vassalli fuerãt inuestiti, licet inuestitura dicatur noua, & noua concessio in istis personis; retinet tamen naturam antiquæ: itaut omnes agnati succederent. Bero. cons. 69. in fine. cons. 109 nu. 24. 27. & nu. fin. vers. sexto, & vltimo, cons. 112. num. 1. in 1. cons. 122. num. 23. in 3. Gab. de feud. concl. 1. nu. 8. vers. quarto limita. Io Bapt. Ferret. cons. 87. nu. 19 vbi generaliter dicit, quòd quamuis feudum transeat de vna persona ad aliam, vel de vna familia ad aliam, secunda † tamen inuestitura intelligitur, & declaratur, secundũ primam inuestituram, primę familiæ concessam. Ruin. cons. 15. sub num. 3. in primo. 22 23 24

Ad hæc respondebat capitulum, quòd imò non poterat cogi licentiam concedere creditori si noluisset: quia nihil cum ipso agere habebat, sed cum debitore suo vassallo, † & emphiteuta, ad quẽ spectabat istud negotium. 25 Bursat. cons. 56. num. 19. Sola in antiq. constitut. Sabaud. de feud. glo 2. part num. 12. fol. 59.

Replicabat creditor, quòd de consuetudine notoria aliud seruabatur, cum passim, & quotidie, tam creditor, quàm emptor has petant licentias: stanteque consuetudine alienandi huiusmodi bona, fundata in publico bono commerciorũ, quæ militat, siue emptor, siue creditor perquirant licentias, ideo illas non esse denegandas. Statutum. n. de mod. & form. procede. in bon. abs. & cõtu. §. possit aũt creditor. disponit, quod † in generali iudicio 26 subhastationum veniant bona vassalli, & emphiteutæ, etiã ecclesiastica, & creditores possint † cogere dominos ad assentiendum, & illos inuestiendum. Bursat. cons. 44. 27 num. 29. 127. num. 67. 171. nu. 11. cum sequen. quicquid deinde dixerit, nume. 50. cum seq. Et valet † statutum, 28

quia agitur de iure vtilis dominij vassalli, vel emphiteutæ. Alexan consil 9. num. 2. in 5. cons. 27. nu. 5. in 6. Dec. in authen. cassa. nu. 9. C. de sac rosanct. eccles. Ruin. cons. 4. num. 5. & 6. 168. num. 10. 175. num. 23 in 1. cons. 23. nu. 35. 70. num. 11. in 5. Natt. 600. num. 27 Bursat. 56.
29 num. 12. 175. num. 7. quod † adhuc est penès laicum. Sola in constitut. Sabau. de iur. emphit. glo. decretû sub nu. 3. fol. 35. & titulo de feudis. glos. quartum requisitû sub nu. 15. versic. maximè quando feudum fol. 65. Et cum sta tutum se conformet dispositioni iuris communis, quod permittit bona emphiteutica, etiam ecclesiastica obligari, sine consensu domini. Corbul. plures adducens de
30 caus. priuat. ob alien. limit. 33. num. 3. dicitur † fauorabile, non odiosum ecclesiæ, quæ deinde sentit commodum laudimij, & honorantiarum inuestituræ. Ruin. d. cons. 4. sub nu. 4. & 5. in 1. (quod reddidit in causa Mant. licet id nô dicat, sed Dec cons. 585.) Corbul. dict. caus.
31 limit. 2. nu. 2. & 3. & ob id cogi † potest consentire. Ias. in l fin. num. 45. in fin. C. de iure emphitut. Franc. Solona
32 in lucerna laudim. præludio 4. num. 6. Ideo † Busat. in citato consil. 171 num. 53. 59. & sequen. loquitur contra
33 communem obseruantiam: Quoniam si cogi † potest dominus præstare consensum vassallo, & emphiteutæ alienanti stante consuetudine, fortius obliganti: quia multa contingere possunt, ne sequatur alienatio, nec res exeat manus debitoris vassalli, seu emphiteutæ, per qđ nullum præiudicium consideratur respectu domini: Modern. Paris. de vsur. quæst. 6. sub num. 129. Vbi verò peruenitur ad alienationem commodum sentit, vt supra. Sola dicto tit. de feudis glo. secundum requisitum. num. 1. fol. 57.

Hinc in pluribus partibus in quibus feuda possunt de consuetudine alienari, possunt etiam extraneo tradi, sine
34 aliqua domini licentia; quia sat † est, quòd laudimium soluatur. plures citat Sola tit. de emph. glo fraus sub nu. 10. fo. 13. Igitur multò magis ista permissa esse debet, quia minus grauat, cum seruetur decus, & honor domini requirendo eius assensum, & licentiam, & commodũ
35 † resultat Principi, & Reipublicæ propter tributa, gabellas,

bellas, & onera, ex quibus astringi potest dominus ad assentiendum, ad tradita per Solam d. tit de emphit. glo. quæro an lapso sub num 5. vers. sed præsupposito. fol. 41. Franc. Solona loco citato.

Dicebat etiam creditor sibi cauisse in instrumento circa hipothecam omnium bonorum, feudalium, & emphiteuticorum debitoris, & si poterat † ne iura sua perirent, 36
cogere dominum ad recipiendum canonem, & pensionem ab eo, quàm emphiteuta debitor soluere tenebatur, ne iura ipsius creditoris perirent. Ias. in l. 2. num. 67. C. de iure emphiteu. Rip. in l. conuentio. num. 12. de pigno. Corbul. de cauf. priu. ob non solutum canon. limit. 7. Sola in constit. Sabaud. tit. de iure emphit. gl. quantũ ad tertium sub nu. 11. fo. 38. pariter, † & in casu isto li- 37
centiæ obtinendæ: quia militat ea dem ratio, ne creditor ipse damnum patiatur. Et in omnem casum, ipsum fuisse constitutum procuratorem † ab emphiteuta debitore 38
in instrumento crediti sui, & sic omnia cessabant. Ias. Corbul. & Sola in locis præcitatis. idem Corbul. de caus. priuat. ob non sol. canon. limit. 6. Natt. cons. 194. num. 8. Clarus de emphit. quæst. 8. vers. sed pone.

Excipiebat adhuc capitulum, quòd † inuestitura subsequens intelligitur secundum primã, nisi de voluntate 39
eius qui in ea ius habet, mutetur. Bald in l. fin. nu. 5. in fine. vers. secundo casu. C. de suis, & legit. Alex. cons. 55. nu. 17. in 4. Purpu. 66. nu. 5. Ceph. 12 nu. 15. 27. nu. 2. 30. num. 31. & seq. Et quòd inuestitura alterari possit, quado nouus emphiteuta expressè consentit, inquit Bal. in d. auth. quas ruinas sub nu. 4. vers. quarto fiet renouatio. C. de sacrosanct. eccles. quia alteratio inuestituræ potest fieri de communi partium consensu. Castr. cons. 176 nu. 3. in 1. 191. nu. 3. & 4. in 2. Dec. 185. sub nu. 3. 390. nu. 3. 468. nu. 26. 27. Bertaz. cons. ciuil. 110. nu. 28. Hinc † feu- 40
dum antiquum potest fieri nouũ de consensu agnatorũ. Ias. de feud. in fin. nu 44. Menoch. consil. 89. nu. 12. cons. 202. nu. 53. 507. nu. 2. Iacobut. de Frãch. in prælud. feud. num. 132. latè Sola in antiq. const. Sabaud. tit de feud. gl. nisi in ipsa inuestitura, nu. 7. & seq. fo. 83. Mozzius. de accident. feud. nu. 39. in fine. Et vbi feuda sunt † alienabilia, 41

(vt Mantuæ)pariter,& inueſtiturę alterare poſſunt. Cranet.in 1.reſp.pro gener.nu.327.& ſeq. conſ. 912. in fin. Socin.iun conſ.11.nu.12.in 3.Ceph. conſ.30.nu.29.30. & 48.Petr.de Greg tit.de feud.ſucc. part.3. q.6. verſ. 3. limit.Intrigliol.de feud.q.51.nu. 272. & 295. Perna de feud.notabili 4 num.43.

Replicabat creditor iſta ſibi non obſtare,quia nō conſenſerat huiuſmodi a'teration i: cum valdè conqueſtus
42 fuerit † & quærimonias faciens, non dicitur conſentire. Bald.in l. fin.C.ſi maior fac.alie rat.hab.Natt conſ.101. ſub nu.11.& ſeq.& in addit.ad Alex.conſ.117. in fine in 5. metuque amittendi maximum eius creditum conſen
43 ſerat. † Et ad reſcindendum contractum, vel alium actum,ſufficit metus patiendi magnam iacturam in bonis. Abb. in capit. 2. nume. 6 de his, quæ vi metuſuè cauſ. Mart.Laud. conſil.18.nume. 15. inter illa matrim. Ruin.conſ.23.ſub num.8. in primo. Et inueſtitura no-
44 ua † recepta per metum ſub alia forma, quàm eſſet præcedens, reſcindi debet, & ad terminos priores reduci. Dec. conſil.468 num.22.498. num. 15. Credebat capitulum non poſſe cogi ad concedendam licentiam,quam petierat,quod ſi ſciuiſſet non fuiſſet tàm ſupinus, quòd eo modo conſenſiſset,& error iuris, in inueſtituris excuſat tractantem de damno euitando. Purpur. conſil. 66.nume. 118. Sola de iure emphiteut. gloſ. & petant nume.5.fol.19. Hic quàm maximè damnificabatur creditor quia ſubibat plura onera , ad quæ de iure non tenebatur. l. non omnia in fin.ff.de minor. eccleſia au-
45 tem cum † ſit autrix, & cultrix iuſtitiæ,non debebat ſub ſpecie faciendi eius conditionem meliorem ( prout ſic dicebatur in licentia ) locupletari cum aliena iactura. Valaſc. de iure emphiteu. quæſtio. 32. columna.penult. Burſat.conſil. 26. nume. 38. Surd. de aliment. tit. 1. q.
46 44.nume.23. Et ſicut † Prælatus non poterat alterare inueſtituram, ad præiudicium Eccleſiæ. Bero. conſ.93. ſub nume.51.in 1. Ruin. conſil.35. nume. 7. in primo. Burſ.117.nume.37.254.nume.37 355.nume. 23. Surd. 249.nume.17. Clar. de emphit.quæſtio.28.verſicul.aut verò. Gabr. conſil. 80. nume. 16. in 2. Amad.de Ponte de

te de feudis, titulo qui feudum dare possunt nume. 144. Sic ad præiudicium vassalli, seu eius creditoris, quia dominus, † & vassallus ad imparia iudicari non debent. 47 Menoch. consil. 32. num. 9. 20. & sequent. Afflic. decis. 265. nume. 1. & 2. capit. 1. circa finem. titul. de forma fide. Tandem causa ania terminata non fuit, sed transactione: reformata in pluribus inuestitura.

## SVMMARIA.

1 *Emphiteuta non soluens pensionem, tenetur ad pænã dupli promissam.*
2 *Ecclesia non potest petere pœnam dupli, & num. 4.*
3 *Statutum Mantuæ qualiter inuestitus ad afflictum, &c. & non procedit in emphiteusi ecclesiastica.*
4 *Ecclesia non potest agere ad pænam conuentionalem, nisi probet tanti sua interesse.*
5 *Pæna apposita dationi quantitatis, à nemine exigi potest*
*Quia præsumitur adiecta in fraudem vsurarum. num. 6.*
7 *Pæna dupli apposita in contractu liuellario, eo magis reddit illum vsurarium.*
8 *Bulla de censibus omnia pacta pænalia reprobat.*
9 *Pactum in contractu matrimonij initum, quod prædecedente viro, vxor percipere possit fructus ex bonis viri, quousque dos restituatur, validum est.*
10 *Vidua licitè quid recepit iure donationis ab hæredibus viri, dote debitoribus.*
11 *Creditor quando licitè quid percipiat à debitore citra crimen vsuræ.*
12 *Donatio præsumitur fauore alimentorum.*
13 *Solutio viduæ facta, ex causa alimentorum præsumitur.*
14 *In Principe, præsumitur donatio, & liberalitas.*
15 *Princeps soluens quid annuum suo creditori, dicitur ex liberalitate soluere, non propter vsuram.*

16 *Princeps non præsumitur metu, dolo, vel machinatione inductus ad contrahendum.*

17 *Inter Principes iuris apices non considerantur.*

18 *Clausula omni meliori modo operatur, vt contractus valeat ex omni capite vtiliori, & fauorabiliori.*

19 *Et si modus expressus fuerit illegitimus, sustinetur ex apto, & legitimo.*

20 *Vidua non habens vnde se alat, potest pacisci cum hæredibus viri dote debitoribus, vt quousque dotem restituant, cēto in singula centum soluere teneantur.*

21 *Alimenta vbi de iure debentur illa in pactum deduci, & ad quantitatem certam reduci possunt.*

22 *Interesse taxari potest, quando de eo constat à principio.*

23 *Statutum, quòd vidua indigenti soluantur decem pro centenario dotis debita, valet.*

24 *Ita & pactum inter ipsam, & hæredes viri factum, validum est.*

25 *Princeps habens potestatem legem condendi, eius cōtractus pro lege, & statuto habetur.*

26 *Vidua corruscat radijs mariti defuncti, quousque in viduitate permanet.*

27 *Alimenta mulierum amplam dotem habentium, lautiora esse debent.*

28 *Dos Comitissæ pauperis, legitimam excedere debet.*

29 *Alimenta vxoris taxantur eius conditione, & qualitate inspecta*

30 *Et vbi non sufficiunt, supplet vir de proprio.*

31 *Alimenta Viduæ pinguiora esse debent, in honorem præcedentis nobilissimi matrimonij.*

32 *Hæredes diuites tenentur statim mortuo viro restituere dotem mulieri, quamuis in pecunia consistat.*

33 *Viduæ debentur alimenta dotis, vbi facilè non potest dotem recuperare.*

34 *Vt quia hæredes sint Principes, vel habitent in loco munito, vel vbi vidua est forensis, & alienigena, & hære-*

*hæredes potentes.*

35 *Vidua non dicitur habere unde se alat, licet habeat fratres, & consanguineos diuites.*

36 *Vidua non dicitur habere vnde se alat, si non habet introitus proprios.*

37 *Vidua non præsumitur habere vnde se alat.*

*Et qui contrarium tenent, quomodo intelligi debeāt. num. 39.*

38 *Probatio desumpta à communiter accidentibus, trāsfert onus probandi contrarium in aduersarium.*

40 *Vidua licet gaudeat fructibus prædij hipothecati, ex pacto, non tamen cōtractus argui debet vsurarius, nisi alia concurrant.*

41 *Vidua potest licitè percipere ratione dotis, octo, & decem pro singulo cētenario, quando omnem adhibuit diligentiam, vt dotem consequeretur.*

42 *Vidua præsumitur, quod si dotem habuisset, illam implicuisset in emptione censuum, si in loco vsitantur.*

43 *Creditor non tenetur probare adfuisse census venales in loco, vbi agendo contrà debitorem, petit interesse ad rationem octo pro centenario pecunia sibi debita quando in loco frequentantur similes contractus.*

44 *Creditor, vbi alias eius pecunias implicuit in emptionem censuum, & annuorum redditum, præsumitur quòd idem fecisset, si pecunia quam habere debebat sibi soluta fuisset. & num. 42. & 48.*

45 *Tutor si pecuniam propriam in emptionem fundi, vel annui census implicuit, ita & pupillarem si voluisset.*

46 *Vidua, quæ potuisset dotalem pecuniam in emptionē cēsus conuertere, indistinctè tantū potest consequi ab hæredibus viri, dote debitoribus.*

47 *Natt. consil. 498 num 29. refellitur.*

48 *Creditor qui semel implicuit pecunias suas, deindè sibi restitutas præsumitur, quòd adhuc iterum implicuisset in odium debitoris.*

49 *Fructus licet triennio pereant, præsumuntur tamen durare in odium debitoris, ad hoc vt teneatur ad pretium quanti plurimi, etiam elapso triennio.*

50 *Anchar consil. 39. quomodo intelligatur.*

51 *Vidua in conscientia percipere potest quid annuum ab hæredibus quotiescunque tanti sua interest ob dotis defectum.*

52 *Vidua, quæ conuertit fructus pignoris dotis in eius alimoniam, illos restituere non tenetur, sed dotem consequi etiam potest.*

53 *Et præsumitur conuertisse quando consumpti apparent, & ipsa hoc attestatur.*

54 *Vidua non tenetur computare fructus pignoris in dotem, quando non habet vnde se alat.*

55 *Eo magis quando fuit in contractu matrimonij conuentum est.*

56 *Alimenta cui debentur de iure, nunquam is computat fructus ex fundo debitoris perceptos in sortem.*

57 *Quia fructus succedunt loco alimentorum.*

58 *Interesse, vbi de iure debetur, valet pactum de fructibus non computandis in sortem.*

59 *Interesse licitè taxari potest à principio, vbi de iure debetur.*

60 *Promissio viduæ facta de soluendo sibi annuatim certum quid, in dubio non est præsumenda vsuraria.*

61 *Vidua, quæ dationem in solutum sibi fieri procurauit ratione dotis, indistinctè tunc percipit fructus.*

62 *Origo contractus inspicitur ad illum sustinendum, quamuis aliàs illicitus appareret.*

63 *Contractus, qui recta via confectus ad rationem de tot pro centenario vsurarius dici non potest, longè minus si fundus assignatus fuit, & illico retrocessus ad rationem ficti, vel liuelli, aut pensionis soluenda.*

64 *Vsurarius dici non potest contractus dationis in solutum.*

65 Quod

65 *Quod tamen intelligitur, quando longè ante constat de vero credito, non suspecto.*

66 *Conductor assumens in se omnes casus fortuitos, ita ut excusari non possit à pensione soluenda, contractus tamen non arguitur vsurarius.*

67 *Hæredes viri tenentur præstare alimenta viduæ de bonis defuncti, etiam vltra quam ex dote percipiant, quando illa non sufficiunt, & de ratione.*

68 *Vidua si diù percepit fructus predij ab hæredibus sibi dimissi, qui decesserunt nulla quærimonia facta, ipsa non tenetur computare illos in sortem dotis.*

68 *Vidua licitè percipit quid annuum ab hæredibus dote debitoribus, nulla super hoc præcedente conuentione.*

69 *Maritus si toto tempore vitæ suæ tacuit non petendo interusurium dotis, illa remisisse censetur.*

70 *Hæres sponte incipiens præstare alimenta viduæ, tenetur perseuerare, si dotem non restituit.*

71 *Filia percipiens fructus ex prædio patris viro defuncto in pignus assignato, illos non computat in sortem dotis.*

72 *Pater tenetur filiam alere quàmuis nuptam, si dotem non soluit.*

73 *Filiæ imputandum non est, si patrem non vrserit ad dotis solutionem.*

74 *Hæredes viri statim tenentur restituere fundum, in pignus defuncto datum propter dotem non solutam, & quatenus fructus perceperint, tenentur ad restitutionem.*

75 *Mulier debet viuere ex dote.*

76 *Et propter alimenta, capitale dotis non est consumendum.*

77 *Filia non computat alimenta in dote, sibi à patre promissa.*

78 *Filiæ acceptanti legitimam in quantitate adhùc debentur vsuræ, seù interesse loco fructuum.*

79 *Filij si perceperint fructus ex pignore assignato eorum patri, ob matris dotem, non computant illos, aduersus Anan. Lup. Hisp. & Sum. Ang.*

80 In-

80 *Interuſuria dotis debentur mortua uxore, filijs exiſtentibus.*

81 *Educatio filiorum connumeratur inter onera matrimonij.*

82 *Ad alimenta obligatus verſus fœminam ob dotem non ſolutam, tenetur etiam erga eius filios.*

83 *Alimenta tranſeunt ad hæredes, vbi loco legitimæ ſuccedunt.*

84 *Vidua fructus percipiens ex fundo hipothecato pro tanto pratio, vt ſpes lutionis non adſit, illos non computat in ſortem.*

85 *Furtum non cadit in uxore, nec etiam ea effecta vidua.*

86 *Interuſuria, ſicut debentur ex dote, ita ex donatione propter nuptias.*

*Et Peregrinus qui contrarium voluit reijcitur. 87.*

88 *Extraneus non ſoluens dotem promiſſam tenetur ad interuſuria.*

89 *Interuſuria, quæ debentur ob donationem propter nuptias, minora ſunt, quàm dotalia.*

90 *Statutum tax ans intereſſe in caſu permiſſo, creditur autem de maiori probans, ſtatutum non attenditur.*

## PACTVM XV.

### De Pœna dupli.

MVltoties in praxi vidi, quòd vbi emphiteuta, ſeù etiam liuellarius non ſoluit ſtatuto tempore, cõ-
1 uenitur ad pœnam dupli † in inſtrumento inueſtituræ
ſtipulatam, & promiſſam, ex Iaſ. in l. 2. num. 147. C.
de iure emphiteut. Veg. conſ. 68. num. 194. & ſequen.
vigore etiam Statuti patriæ, qualiter inueſtitus ad affe-
2 ctum: Ego autem aliquandò dixi, † quòd eccleſia præ-
ſertim non poterat huiuſmodi pœnam petere, nec vigo-
3 re ſtatuti, quod non procedit † in vera emphiteuſi ec-
cleſiaſtica, ſi credimus Surdo deciſ. 95. ſub nume. 19.
verſ.

vers. statutum aureni, & decis. 160. num. 8. 11. & 13. &
minus ob promissionem in inuestitura factam, † quia 4
ecclesia non potest agere ad pœnam conuentionalem,
nisi probet tanti sua interesse. Gab. cons. 66. num. 36.
39. in 2. Veral decis. 231. par. 2. Add. ad Afflict. decis.
1. 5. num. 8. Borgn. decis. 25. sub nume. 29. & sub num.
35. in 2. Surd. decis. 260. sub num. 22. Ac eo magis cũ
sit apposita dationi quantitatis, † quo casu, si nunquam 5
exigi potest à laico, minus ab ecclesia, & clerico. Abb. in
capit. dilecti filij num. 15. de arbitr. Afflic. dicta decis.
135. num. 2. Add. ad Mathesil. singul. 23. in fin. quia
præsumitur † adiecta in fraudem vsurarum. Alexand. in 6
l. stipulatio ista. §. alteri, colu. 5. ff. de verbor. obligat.
Vegi. loco citato. Valasc. decis. 35.

Nunc autem dico, quòd promissio ista pœnæ dupli in
contractu liuellario † mediante pecunia constituto, & 7
creato, tantò magis ipsum reddit suspectum, & fœneratitium.
Bald. cons. 311. in quæstione nume 7 in 5. Io.
Andr. & omnes alij in cap. illo vos. de pignor. Ambros.
de Vign. in capit. salubriter num. 124. de vsur. Natt.
consil. 490. num. 8. Borgnin. decis. 14. num. 7. in 2. ergo
nullo modo exigi poterit. Nimirum si Summus Pontifex
in Bulla de censib. huiusmodi pacta pænalia expressè
reprobauit, † tamquam mero lucrosa, & odiosa. At 8
contractus noster est censualis, seu magis participat de
illo, quàm de contractu emphiteutico, vt satis superque
probauimus in toto discursu præsentis operis, ergò
&c.

Dum hæc typis excuderentur interrogatus fui, quod
sentirem in pulcherrimo sequenti casu, quem hic subnectere
volui postquam incidit sermo de pœna conuentionali,
multi enim iuxta hos terminos illum pertractarunt,
vt Innoc. Host. & cæteri omnes in d. c. salubriter,
de vsur. Michael. Palat. de contract. & restitut. libr. 4.
capit. 5. conclus. 9. vers. hæc conclusio fulcitur.

Quidam Nobiliss. simulq; ditissimus Comes, alterius
Comitis filiam sibi matrimonio coniũxit, cum dote magna,
& in illius constitutione conuentum est, quòd in
casu restitutionis dotis, & donationis propter nuptias

maxi-

maximum prædium sibi specialiter esset hipothecatum, quinimo ex tunc in solutum datum, cum termino sibi viro, & hæredibus concesso ad redimendum infra certum quodam tempus, & interim, quòd hæredes ipsi predium possidentes, vel detinentes iure conductionis tenerentur soluere, donec, & vsquequo dotes, & donationem propter nuptias restituerent summam quandam (quæ habita ratione ad dotem, & donationem ipsam capit octo pro centenario) liberè, expeditè, & omni pænitùs exceptione remota, in tantùm quòd hæredes etiã omnia alia onera rei subire tenerentur, & vxorem iam viduam effectam indemnem conseruare, eique indistinctè & omni casu liuellos, affictus, & interesse persoluere.

Hac facti specie sic stante dixi contractum istum vali-
9 dum † non vsurarium, nec fœneratitium esse, vt in terminis, vt aiunt terminantibus, scripsit Ias. toto consil. 92. in 1. vbi in fronte ponit hanc facti speciem. Moder. Paris. tracta. de vsur. sub num. 526. Bero. consil. 38 nu. 31. in 1. Vulpel. cons. 133. in princip. Molina. de primog. Hispan. lib. 4. capit. 5. num. 5. vers. sed quoniã, & num. 6.

Idem dicerem etiam si talis conuentio facta non fuisset à viro tempore matrimonij, sed deindè per hæredes, erga viduam, quia omnia Iasonis argumenta conueniũt vtriquè casui. Idem enim est promittere liuellos, & interesse dotis à viro, vt soluantur ab hæredibus post eius mortem vel quòd promittantur ab hæredibusmet ipsis, mortuo iam viro, quia paria sunt, quid fieri tempore licito, vel illicito, & conferre in tempus licitum. l. si cũ §. fin. ff. de donat. inter virum, & vxor. Igitur cum vltra promissionem factam, à viro hæredes ipsi post mortem nouo contractu confirmauerint huiusmodi conuentionem, expreſsè volentes, quòd casu quo contractus iuxta formam conuentam subsistere non posset, omni meliori modo, quo posset valeret, & omninò subsisteret. etiam iure, & causa donationis inter viuos irreuocabilis: quia eorum semper fuit intentio, quòd ex ipsis pecunijs annuatim soluendis, se, & familiam alere posset, tametsi

nullos

nullos fructus perciperent ex bonis assignatis. Et in specie, quòd ex causa donationis † vidua iustè percipiat 10
certum quid annuum ab hæredibus viri, dotis debitoribus, tradit Villagut. tractat. de vsur. quæst. 22. conclus. 12. sub num. 14. fol. 532. Zecch. de vsur. c. 16. sub nu. 3. ad finem. Bertazol. consil. crim. 226. num. 2. in fin. cons. 227. num. 13. & 25 in fi. Et generaliter quicquid soluitur ex mæra dantis liberalitate, non vi, dolo, aut fraude inducti iustè recipitur, & retinentur per creditorem † citra vsuræ vitium. Vitalin. in clemen. vnic nu. 11
131. & sequentibus. de vsur. Modern. Paris. de vsur. nume. 6. sub nume. 482. 483. 485. Surd. cons. 23. nume. 4. & de aliment. priuileg. 29. nume. 9. Bertaz. consil. crimin. 227. nume. 13. & 25. in fine. vbi id dicit fortius procedere in hoc casu: quandoquidem fauore alimentorum † donatio præsumitur. Crauet. cons. 86 sub 12
num. 2. in dubio solutio viduæ facta † ex causa alimen- 13
torum facta præsumitur. Alexan. in l. in insulam. §. vsuras vers. alius est articulus. ff. solut. matrimon. Capic. decis. 65. num. 4. Hic longè metus, fraus, aut quæuis machinatio abest: quia sic promittentes nullo iure cogebantur, cum dos consisteret in pecunia, & annus adhuc effluxus non esset, à morte viri, quo casu si noluissent fundum pro alimentis assignare non tenebantur, l. vnic. §. exactio. C. de rei vxo. actio. & ibi DD. in l. diuortio. ff. solut matrim. & tamen liberaliter id facere voluerunt: quia ditissimi sunt principatus, & comitatus possidentes. Et qui nullo iure cogente soluit, donare dicit. l. cuius per errorem ff. de reg. iur. In Principe præsumitur donatio, † & liberalitas, & si qd soluit creditori suo 14
annuatim non præsumitur ob vsuram soluere, sed ex munificētia, † & liberalitate. Marc. Mant. cons. 221. nu. 35. 36 15
Decian. toto cons. 2. in 1. faciunt tradita per Castr. vbi loquitur de mutuante Principi, à quo iustè recipit vsuras. in l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. Gail. lib. 2. obser. 5. nu. 17. 18. Surdus cons. 23. nu 8. Lupus tract. de vsur. comment. 1. §. 6. nu 111. Si actus coram Principe gestus per tertium ex mæra eius procedit voluntate, & assensu. Alex. consil. 240. in fine, in 6. Abb. consil. 36. col. 2. circa medium.

16 medium in 2. fortius in Principem et,† quia, propter, quod,& vnum quodque tale, & illud magis; Indecens est videre Principem pactum fide sua firmatum infringere velle sub eo prætextu, quòd per subtilitates iuris non possit pacisci quòd creditor suus non computet fructus in sortem. Ita Moder. Paris. cons. 41. sub nume. 10. Nã, vt inquit Bald. consil. 218. petita venia in 3. non de

17 bet inter Principes de apicibus iuris disceptari,† nec versu t i iuris angustiæ trutinari, sed sola veritas, quã colit ius gentium,& tunc magis quando ius ciuile non repugnat secundum illud .n. indistinctè debentur interusuria dotis mulieri iam effectæ viduæ. l. vnic §. exactio. C. de rei vxo actio. glo. in l. in insulam. §. vsuras. ff. solut. matr.

Amplius consideranda est clausula illa omni meliori

18 modo,&c. quæ operatur in quacunq; materia, † quòd actus qui fit, si non valet eo modo, quo principaliter initus fuerit, valet ex omni parte, quo fieri poterat. Grat. cons. 34. nu. 6 consil. 37. num. 6. 58. nu. 9. 70. nu. 20. in 1.

19 itaut si modus expressus fuerit ineptus, erroneus† vel illegitimus sustinetur ex apto, & legitimo non expresso. Rim. Iun. cons. 23. nu. 147. 633. nu. 58. cũ seq Dec. cons. 14. Paul. de mont. dic. cons. 73. nu. 24. 25. Puteus decis. 230. nu. 2. 3 in 2. Menoch. cons. 19. sub nu. 25. dicens, qđ omnes sanat defectus. Bero. cons. 82. nu. 12. in 2. At circumscriptis bonis assignatis, valuisset promissio, & con-

20 uentio inter viduam,& hæredes viri † vt quousque ipsi restituerent dotem octo in singula centum soluere tenerentur ratione alimentorum, quia alimenta vbi de iu-

21 re debentur, illa in pactum licite deduci possunt, † vt aliquid certum pro illis annuatim soluatur, vt in terminis dixit Imo. in l. in insulam §. vsuras. nu. 23. 24. & 27. ff. sol. matr. nõ visus à Crau. in ampliss. eius cons. 189. sub nu. 7 in princ.& nu. 8. in fine. Aret. in l. diuortio. col. 4. vers. vnde D. Card.& vers. & ex præmissis potest. ff. sol. mat. Vulp. cõs. 132. Lup. de vsur. cõmen. 1. §. 4. n. 88 Lud. Molin. de primog. Hisp. lib. 4. c. 5. n. 6. Didac. lib. 3. resol. c. 1. sub n. 3 ver. 4. hic poterit,& vers. 6. Quia licita est ta-

22 xatio,& cõuẽtio interesse, † qñ de eo cõstat à principio. Soc. cons. 176. nume. 4. in fi. in 2. Crau. dict. consil. 189.

sub

sub num. 7. & per totum. Cagnol. in l. curabit num. 16. 17. C. de act. empt. Dec. in cap. cum venerabili sub nu. 65. de except. Purp. in l. rogasti. §. si tibi. sub num. 52. 53. ff. si cert. pet. Surd. decis. 259. nu. 16. 17. cons. 327. num. 54. Sicut valet statutum, quod viduæ indigenti soluantur decem pro centenario † quo vsq; dos sibi re- 23
stituatur. Bald. in authent. ei qui iurat. num. 39. C. de bonis auth. iud. poss. in l. final. §. prætereà num. 10. C. de iure dotium. Alexand cons. 63. num. 6. in 4. Cepol. cons. ciuil. 15. in 1. & cons. 4. in 2. Neapod. in consuet. Neapol. tit. de iure dotium. capit. hæredesquè mariti nu. 79. Grat. cons. 29. in 1. Corn. cons. 52. colum. fin. num 4. in 1. Lupus Hisp. in capit. per vestras in notab. §. 8. sub num. 4 de don. inter vir. & vxor. Vulpel. dict. cons. 132. & 133. Borg. decis. 24. num. 22. in 2. Magon. decis. Floren. 83. nu. 3. Brun à Sole. quæst. 46. nu. 21. 22. Petr. Nauar. de restit. lib. 3. cap. 2. num 366. cum sequen. fol. 337. Summa Siluestr. in verb. vsura, il 3. num. 8. Summa Thabien. in verbo vsura, il 10. nu. 2. Summa Angel. in verb. dos in fine Sot. de iustit. & iur. lib. 6. quæst. 1. articul. 2. col. pen. Nauar. in Manual. cap. 17. nu. 213. in fin. Villagut. de vsur. quæst. 22. conclus. 12. num. 13. 14. 15. & latius conclus. 15. num. 17. Paris. cons. 64. in 4. Claud. Scisel. in l. diuortio. num. 18. ff. solut. matrim. Afflict. decis. 284. Albens. cons. 699. & 524. num. 15. ergò, & pactum ita conceptum valebit, † quia procedit argumentum de statuto ad 24
pactum, vt sic arguit Cepol. dict. cons. 15. & Crau. d. cons. 189. sub num. 5. & num. 7. in fine. Aret. in l. diuortio. col. 4. ff. solu matrim. Surd. de aliment. titulo 1. quæst. 42. num. 29. & si valet statutum, ergo, & contractus Comitis, & Principis, cui competit potestas statuendi, & legem condendi, quia tamquam lex, & statutum seruari debet † illius contractus. Corn. cons. 70. nu. 5. cõs. 25
127. num. 6. cons. 142. num. 4. in 2. cons. 284. num. 9. in 4. Quod pactum statutum, vel contractus tunc magis valet, quando tanti interest viduæ dotem suam non habentis: quia ex dote sua ali debet, vt hic. Abb. in cap. salubriter. ad finem. & ibi omnes. de vsur. Alexand. cons. 200. num. 3. in 6. Zecch. de vsur. cap. 5. versic. tertius

ca-

casus. fol. 852. nec tunc dicitur committere vsuram. Na-
uar. tractat de vsur. num. 67. in fin. & num. 68. Mi-
chael. de Palat. de contract. & resti. lib. 4. capit. 5. con-
clus. 9. Brun. à Sole: dict. quæst. 46. num. 21. fuit enim
26 vxor vnius Comitis, comitatus plures possidentis, quæ †
adhuc corruscat radijs mariti defuncti. glos. in l. fin. C.
de incolis lib. 10. Pontu. Neap. cons. 31. nume. 7. 8. vnde
sua interest manutenere familiam grandem, nè videatur
in dedecus nobilissimi præcedentis matrimonij mendi-
cè viuere. Imol. Aret. & Ias. in l. diuortio. ff. solut. matr.
DD. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act. Capic. de-
cis. 24. sub num. 6 quod redundaret etiam ad ignomi-
niam hæredum. Surd. de aliment. tit. 1. q. 44. sub num.
44. vers. prima tamen. opinio. Vsque adeò, vt si pro-
misissent decem, imò duodecim pro centenario quous-
que dotem soluerent, adhuc valeret promissio, & con-
uentio. multò magis cum sit ad rationem octo; quia
27 alimenta nobilium † mulierum amplam dotem habentiū
debent etiam amplissima esse. Abb. in cap. salubriter nu.
3. in fine, & ibi Anania de vsur. Surd. de aliment. titul 4.
quæst. 22. num. 2. Prout etiam videmus in nobili Comi-
tissa, sed paupere, quæ si non posset nubere cum dote
28 commensurata ad legitimam, augeri debet, † quia dos
equans legitimam tunc congrua non est. Bald. in auth.
res quæ. colum. 1. C. communia de legat. Alexand. cons.
7. sub nu. 5. in 2. Pont. Neapol. consil 65. num. 5. pari-
modò hic, quia valet argumentum de dote ad alimenta.
Et alimenta vxoris taxanda sunt, inspecta eius qualitate
29 † & conditione, glo. in §. illud in verbo onera, & ibi Bar
tol. in authen. de non elig. secund. nub. non pro modo
dotis: quia si redditus non sufficiunt, quæ ex dote desu-
30 muntur, † maritus tenetur de suo supplere. Alex. in l. si
cum dotem. §. sinautem in seuissimo. ff. solu. matr. Iacob.
Emil. cons. 3. num. 5. 6. & eo mortuo sui hæredes Bart.
in d. l. diuortio. num 5. Ias. sub num. 18. & num. 25. in fi-
ne. Alexand. nu. 18. in fine, 19. & 20. & Soc. sub. num. 17.
vers. secunda illa conclusio, Salicet. in l. vnica. §. exactio.
num. 31. in fin. C. de rei vxor. act. quamuis sit vidua, quia
31 minui non debent, † & in honorem præcedentis matri-
monij

monij lautiora, & pinguiora debent esse alimenta, Cordub. in l. si quis à liberis. § solent. num. 25. & sequent. ff. de lib. agnosc. Surd. de alimentis tit. 4. quæst. 18. num. 4. & 38. quia hæredes maximis affluunt diuitijs, & redditus hæreditatis viri hoc suppetunt; Surd. d. quæst. 18. num. 35.

Accedat, quod poterant nobilissimi hæredes soluere totã dotẽ si voluissent † etiã statim mortuo viro Illustrissimo, & longè facilius aliquo intercedente tẽpore, quia ditissimi sunt, & principatus possidentes, & noluerunt, Boer. consil. 50 Salicet. in l. vnica. §. exactio. num. 27. C. de rei vxor. act. sentit Rodul. de vsur. q. 65. in fin. Ange. Roman. Ias. & Alex. quos citat Lup. de vsur. commentario 1. §. 4. sub num. 87. Vbi autem vidua facilè non potuit recuperare dotem suam, vt † quia hæredes nolunt, & sunt personæ non idoneæ facilitate conueniendi vti Principes, Afflict. decis. 88. & habitent in Arce, & loco minutissimo † omni iure debentur vsuræ loco alimentorum. Alex. cons. 74. colum. fi. sub num 15. versic. vnde cum in casu nostro. in 5. Archiepisc. Florent. de vsur. part. 2. §. 29. num. 46. dicens, quòd vbi propter hæredum potentiam vidua non potest consequi dotem, licitè percipit fructus prædij, sibi assignati. nec illi dotem extenuant. Lup. Hisp. in c. per vestras. in not. §. 8. sub nu. 4. vers. primus est, de donatio. inter vir. & vxor. Summa Siluestr. in verbo vsura. il 3. num. 7 Roman. in. dicta l. diuortio. num. 12. ibi, & durum, & longum esset &c. & re vera durum, ac longum fuisset huic nobilissimæ viduæ dotem repetere, quia forensis erat, ita Villagut. de vsur. quæstio. 22 conclus. 12. numer. 14. in fine, & hæredes potentes, & quamuis vidua haberet, & ipsa fratres potentes, non intererat tamen inter ipsos lites suscitari. Bonif. Vital. in clement. vnica. num. 41. de vsur.

Nec iuuat si diceretur ipsam diuitem esse, cum habeat fratres, †, & alios consanguineos ditissimos, à quibus alimenta percipere potest: quia respondetur, quòd aliorum diuitiæ non prosunt hoc casu hæredibus Aret. in dicta l. diuortio. colum. 3. circa med. Alex. sub num. 16. Socin. sub num. 17. ff. solu. matrim. Salic. in d. §. exa-

H ctio

ctio num. 33. Capic. decis. 24. num. 7. & num. fin. Frāch.
decis. 489. num. 16. in fin. Anania in cap. salubriter.
colu. 5. de vsur. Piot. de in lit. iurand. §. 11. num. 23. Surd.
de aliment. titul. 1. quæst. 44. sub num. 46. Quia requiri-
tur, vt vidua habeat bona propria ex quorum redditi-
36 bus, † & fructibus se alere valeat. Bal. cons. 196. in 2.
Capic. decis. 24. sub num. 2. Franch. decis. 489. nume.
25. Crauet. consil. 199. num. 6. & 11. Non præsumitur
37 autem habere † vnde se alat, nisi ex dote. Thesaur. de-
cis. 43. num. 5. Franch. dicta decis. 489. num. 29. Quia
magis frequenter contingit, vt viduæ non habeant vnde
se alant. Vnde quicquid ab hæredibus viri percipiunt, li-
cite consequuntur, tamquam damnum emergens. Negu.
de pignor, membr. 2. part. 3. num. 17. Probatio, quæ des-
38 sumitur à communiter contingentibus transfert † onus
probandi contrarium in aduersarium gloss. in l. neque
natales. C. de probatio. Roman. singul. 402. quis debet
probare Euer. in loco à communiter conting. num. 5. in
fine. Et dum inquit Negus. quòd à communiter contin-
gentibus viduæ non habent vnde se alant præter dotē,
verùm dicit, præcipuè in Italia, vbi passim adsunt statu-
ta, (vt hic) quæ excludunt filias dotatas propter filios ma-
sculos. Igitur si hæredes volunt dicere ipsam habere
vnde se alat, id probare debent. Bertaz. consil. crim. 327.
sub num. 19. 25. & licet Alexand. consil. 141. num. 5. in 5.
& Surd. cons. 194. num. 19. dicant, quòd vidua tenetur
39 probare non habere vnde se alat, † vt alimenta conse-
qui possit. Attamen istud indistinctè verum non est,
præcipuè in Italia, vt supra diximus. Et omni in casu
dicendum esset, quòd aut vidua agit, aut conuenitur; si
agit ad alimenta probet ipsa inopiam, tanquam funda-
mentum suæ intentionis, & ita procedere potest dictum
Alex. & Surd. Si verò conuenitur, vt computet alimen-
ta, vel fructus in dotem, tunc secus. Addent. ad Bertaz.
cons. crimin. 226. vers. ex his duæ oriuntur. Tanto ma-
gis, quia contractus cum vidua initus, vt gaudeat fructi-
bus prædij, quousq; dos sibi restituatur, non ita de fa-
40 cili, † & leui præsumptione est iudicandus vsurarius,
sed plura alia sunt necessaria. Archiepisc. Florent. de

vsur.

vsur.par.2 §. 29.in fine.

Fortius hęc procedunt, quia & post mortem viri petijt dotem, & sæpius institit, & hæredes rogauit, vt sibi solueretur: quia magis sua intererat illā consequi, quàm hoc modo liuellos annuos: hæredes autem diuites, & potentes semper recusarunt, potius volentes, hæc annua præstare ratione alimentorum, quàm fortè soluere. Vbi autem vidua fecit quicquid potuit, vt dotem consequeretur, † & per se non stat omnes admittunt ipsam posse 41
iuridicè aliquid annuum percipere pro alimentis, & interesse ad rationem octo, & decem pro centenario. Lup tract. de vsur. comment. 1. §. 4. num. 88. Bertazol. consil. crim. 227. sub nu. 2. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. num. 117. ff. de lib. agnosc. Didac. de sponsa. part. 2. cap. 3. §. 9. nu. 9. Michael. de Palat de contract. & rest. lib. 4. cap. 5. conclus. 9. vers. similiter si pactum, & tunc magis, quando in loco fieri passim solent cōtractus censuū, & redditū annuorum † quia pſumptio est, quòd vidua 42
sic contraxisset Gramma t. decis. 103. nu. 93. & 100. Ioseph. Cumia ad ritus regni Sicil c. 94. de interusur. dot. nu. 19. Dida. lib. 3. resol. cap. 1. col. 6. vers. 6. hinc etiam, & vers. 7. in fine. Surd. de aliment. tit. 1. q. 45. sub nu. 30. & 40. Crau. consil. 189. sub nu. 6. vers. præterea taxari, & nu. 8. Lup de vsur. d. §. 4. nu. 79. & 89. Add. ad Bertaz. consil crim. 226. in vers. secundū est requisitū. Lud. Bolog. consil. 19. nu. 4. Cepol. consil. ciu. 4. nu. 23. vers. & sufficit q̃ ꝓbetur in 2. Villagut de vsur. q. 22. concl. 12. nu. 14. & concl. 15. nu. 17. Borg. decis. 18. sub nu. 29. in 2. Tesaur. decis. 43. nu. 5. Nec opus est probare adfuisse census venales, † quia dietim mille inueniuntur venditores cen- 43
suum, & annuorū redditū, vt experientia comprobatur. Didac. loco mox citato. Add. ad Bertaz. & Lupus vbi supra. Ioseph. Lud. decis. Perus. 67. nu. 32. part. 2. facit Rot. Genu. decis. 139. num. 9. in fine. Ruin. in l. diuortio, num. 6. ff. sol. matr. Et cū vidua hæc nobilissima ex qbusdam eius numismatis, & gemmis venditis pecunias cōfecerit, ex quibus annuos census sibi acquisiuit, (& tñ gemmas alienare non tenebatur. Socin. in l. diuortio. in fi. ff solut. matr.) iā satis perspicuū fit promissionē, & conuentionē

44 validissimam esse,quia præsumitur,† quòd idem multò
magis fecisset,si pecuniam dotalem habuisset, prout fe-
cit de alijs bonis suis,ita Imol. in d.l. diuortio num. 15.
Alexan.consil.27.num.4.in 4. consil.200.nume. 3. in 6.
Lupus Hispan.in repet.c.per vestras in notab. §.6. sub
nu.8.versic.fateor tamen,de donat. inter vir.& vxor Cā-
peg.de dote par.2.q.18.sub nu. 1.Surd.de aliment. tit. 1.
q.45 sub nu.30.per text.in l.tutor.secūdum dignitatem,
§.non est audiendus,ibi, *si arguatur eo tempore pecuniā*
45 *suam benè colocasse*. ff.de admini str.tut.† Roman. cons.
425.in princip.Lud.Bologn.cons.19. nu. 6. & hoc casu
nulla fit distinctio,an vidua diues sit,vel pauper,habeat,
46 vel non habeat,vnde se alat,†quia absolutè hæredes te-
nentur ad istud interesse,secundū DD.præcitatos, & a-
lios in d.l.diuortio.ff.sol.matr. Campeg.de dote part. 2.
q 18.circa medium.Didac.lib.3.resolut.c 1.col. 6. vers.
sexto hinc etiam. in princip. Plot. de in lit.iuran. §. 11.
nu.29.& 30.Brunor.d.q. 46.nu.21.Lud.Lopez. instruc.
conscient.part.1.c.60. quæst. 5.vers. secunda conclusio.
fol.198.

Nec obstat si diceretur,quòd interesse istud censuale,
& redditūum sit incertum:ex quo in facultate reperitur
venditoris censum redimere, & cōtingere potest,vt sta-
tim inito contractu,illicò sequatur liberatio, & resolu-
47 tio,iuxta formam Bullæ *Pij* V.de censibus,†prout sic ar-
guit Natt. consi.498.nu 29.quia respondetur,quòd ite-
rum potuisset Nobilissima vidua adhuc dotalem pecu-
niam solutam,& restitutam eo modo implicare, & sic
48 præsumitur,† quòd fecisset in odium debitorum. Castr.
in l.in insulam.§.vsuras.nu. 4. in fin.ff.sol.matr. Ludou.
Bologn.cons.19.nu.4.Didac.lib.3.resolut.c.1.sub nu.3.
vers.quiquidē interesse. Secundò respondeo, quòd licet
regulariter fructus triennio pereant, & consumētur,at-
49 tamen†quando debitor est in mora præsumuntur dura
re in odiū ipsius,nè ex sui mora cōmodum consequatur.
Alex.in l.diuortio.§. ob donationes sub nu.6. vers.item
prædicta non procedunt.ff.sol. matr.Rum.in l.vnū. nu.
221.& sub nu.223.ff.si cert.pet. Albens.cons.182. nu.36.
Asin.de execut.§.7.c.216.nu.25.Surd.decis. 81.nu. 4. &

ideo

ideo dicunt, quod etiã post triennium crescit æstimatio, ergo si in odium morosi res præsumitur extare, & perseuerare, quæ re vera non extat falsa redditur opinio Nattæ, nempe, quod potuisset statim redimi census, quia hoc non præsumitur in odium debitoris per prædicta.

Non etiam resistit Anchar. cons. 139. in quæst. quæ vertitur. † vbi si post mortẽ viri hæredes promiserint 50
viduæ soluere decem in singula centum pro alimentis, quousque dos sibi redderetur conuentio sit vsuraria: quia respondetur Ancharanum loqui in vidua diuite habente aliter vnde se alat, quæ tenuisset pecuniam in arca. ita Alex. cons. 200. sub num. 5. in 6. Sed si constet, quod lucrata fuisset, prout fecit ex alijs pecunijs, tunc pactum validum est, & sustinetur. Alex. toto dicto cons. 200. Et vbicunque constat mulieris tanti interesse † sem 51
per pactum sustinetur. Alex. cons. 27. sub nu. 11. in 4. & tunc in conscientia interesse conuentum peti, & retineri potest Purpur. in l. rogasti. §. si tibi. nu. 55. ff. si cert. pet. Neuiz cõs. 74. nu. 3. in fi. sufficitq; ad dignoscẽdũ quod tanti interera, si deinde constet fructus pignoris conuertisse in eius, & familiæ suæ necessitatibus, † quia nunquã 52
illos restituere tenetur. Bald. nouel. de dote par. 8. priuil. 22. Bero. cons. 38. nu. 51. in 1. Surd. cons. 194. nu. 2. & 16. etiam si splendide viuat, quia illos expendidit de consensu hæredum. in simili. Bald. cons. 176. verba statutorum in fi. in 3. Ang. cons. 160. Domina Catherina in fine. quæ est Comitissa, vt supra nu. 26. Et ita præsumitur conuertisse, † quia in hanc causam promissi fuerunt, principali- 53
ter soluti sunt, & consumpti reperiuntur, & nobilissima vidua sic attestatur, cui credendum est. Menoch. de arbitr. iud. casu 432. nu. 36. & lib. 3. præsump. 55. nu. 6.

Ex his etiam cessant, quæ tradunt omnes in capit. salubriter de vsur. vbi dicunt, quod si mulieri fuerit datus fundus in pignus ab hæredibus viri, & ipsa fructus percepe
rit, illos in dote computet: quoniam intelliguntur † quan 54
do haberet vnde se aleret, alias facit fructus suos, nec illos cõputat, nec restituit. Add. ad Bar. in l. diuortio. in verb. pari modo dic secundũ. ad fin. ff. sol. matr. Imol. in l. in insulã. §. vsuras. nu. 27. ff. eod. Rodul. de vsur. quæst.

65. Iaſ. conſil.92. num. 23. cum ſequen. in 1. Modern.
Pariſ.de vſur.ſub num.516.Summa Ang.in verb.vſura .
il 1.nu.29.Summa Silueſt.in verbo vſura. il 3.ſub nu. 7.
Neguſ.de pig.2.memb.3.part.num.12.& 5.mébr. 5.part.
in fine.latè Lupus Hiſp.in rep. d.c.per veſtras,in notab.
§.8.ſub num.4.verſ.primus eſt,& nu.5.Celſus Vgo cóſ.
1.in princ.& nu.52.53. & conſ.2. in princ. Sotus lib. 6.
de iuſt.& iur.q.1.art.2. Summa Coronæ in cap. de contract.pig.in quibus cadit vſura verſ. ex dictis.fol.46. Michael de Palat. de contract.& reſtit. lib.4.cap.5.concl.9.
Nauar. de vſur.nu.67.68.Bald.in auth.ei qui iurat.num.
39. C.de bon.auth.iud. poſſ.Craueta toto conſ. 189.Archiep. Florent.de vſur.part.2.§.29. nu. 46. Campeg. de
dote part.2.q 6.col.1.verſ. & per prædicta videtur etiã
dicendũ.Lup.de vſur.cóment.1.§.4.nu.88. in fine. Surd.
de aliment.tit.1.q.44.nu.34. Eoquè magis, quando ita
55 conuentum eſt† in cótractu matrimonij.Bero.conſil.38.
nu.27.& 31.in 1.Iaſ.toto conſ.92.in 1. Summa Silueſt.
in verbo vſura.il 3.nu.9.Anan.in d.cap.ſalubriter.col.6.
verſic.adde ex prædictis Et vbicunq; debentur alicui a-
56 limenta† percipiens fructus ex fundo, numquam cóputat fructus in ſortem crediti ſui. Crauet. conſil. 89. in
princ.&toto conſ.189.& ſentiunt omnes præcitati DD.
57 quia hoc caſu† fructus ſuccedunt loco alimentorum d.
cap.ſalubriter,de vſur. Et vbi de iure vſuræ,ſeu intereſ-
58 ſe debentur,valet pactum† de fructibus non cóputandis
in ſorté.Moder.Pariſ conſ.41.nu.6.8.12.& 14. Balduin.
tract.de pign.cap.16.Cacher. deciſ. 143. nu.3. expreſsè
ſentit Butr.in cap. ſalubriter.in princ.nu.2.de vſur.& in-
59 tereſſe licitè tunc† taxari poteſt.Modern. Pariſ. d. uu. 8.
Pariſ.conſ.60.nu.34.in 1.Vulpel.conſ.132. nu.5. Surd.
de alim.tit.1.q.42.num. 26.& q.45.nu.75.cũ ſeq. Gail.
lib.2.obſeruat.5.ſub nu.16.Ceph.conſ.133.nu.135.Et ſi
60 promiſſio facta viduæ de ſoluendo† qd annuatim ratione retardatæ dotis ſuæ intelligitur omni meliori modo,
vt valeat,in dubio non eſt iudicanda vſuraria,ſecundum
Imol.in l.in inſulam.§. vſuras.nu.26.ff.ſol.matr.Alex.
conſ.200.nu.4.& 5.in 6 Multò fortius valere debet promiſſio iſta:quia ſumus in claris.Expreſsè enim hæredes

voluerunt conuentionem sustineri omni meliori modo, etiam ex causa alimentorum,& iure donationis. Vnde quicquid ex aduerso obijci posset circa assignationem fundorum, qui incontinenti retrocessi sunt, non subsistunt: Quia si in casu, in quo nulla contigisset assignatio fundi,sed promissio simplex in pecunia valeret conuentio,vt sup.latius ostendimus. A fortiori,cum fundus fuerit assignatus, & in solutum datus:quoniam † nullus 61
vnquam dubitauit, quin contractus valeat,et iam respectu ditissimæ viduæ:vt per omnes in l.diuortio.ff.solut. matr.& in d.c. salubriter.de vsur.Ias.cons.92.nu.28. in 1. Quinimò dato,quòd assignatio,& in solutū datio esset nulla ex his,quæ supra diximus Quæstio. 1. num. 30. & Pact.3.nu.1. Quæ tamen procedunt in alia materia non in ista,in qua longè ante contractum sic initum, constat de vero credito dotali. Et magis inspicitur origo obligationis.† quam titulus nouæ actionis, ad sustinendum 62
contractum aliàs illicitum.l.3.C.ad maced. Sigism.Loffred.cons.52.nu.45. ad fi.& 46. Nihilominus si contractus non posset dijudicari vsurarius, quando aperta via decem pro centenario promissa fuissent † vt supra amplè probauimus,quia aliter vir bonus arbitrari non posset inspecta conditione, & statu tantæ personæ. Multò minus hoc modo initus talis arguendus est. ita Loffred. d.cons.52.num.44. & diximus supra in Pacto. 1. num.6. 63
Tum quia noluerunt DD.qđ vsura considerari possit † 64
in contractu dationis in solutū.Fulg.cons.133. Dec.cōs. 18.166.307.& alibi sæpè. Quorum opinio temperanda est,quando à principio scilicet primi contractus † cōstat 65
de vero credito, nec aliqua in ipso versatur suspitio, vt hic, vbi versamur in contractu dotali omnium honestissimo,& fauorabilissimo,secus aliàs: vt per Cephal. toto cons.198.& num.22.Paris.toto cons. 54.in 1. Borg. decis. 1.num.90.cum seq.in 2.

Nec officit etiā,quòd hæredes assumpserint in se omnes casus fortuitos, & ad integros iuellos quotannis teneri voluerint,aliquo non obstante:quia respondeo, ꝙ in isto casu contractus† per hoc pactum nō arguitur vsurarius:vt patet ex Ias.consil.92.in 1. vbi in figuratione ca- 66

sus ponit huiusmodi pactũ, & tamen consuluit contractũ non esse vsurariũ, prout voluit, & Ant. Rosel. in tracta. de vsuris nu. 79. Bertazol. cons. crim. 297. nu. 8. & 19. Paris. cons. 75. nu. 31. in 4. Loffred consil. 52 nũ 56. vers. cõfirmantur prædicta Et tantò magis hoc dicendũ venit in isto casu; quoniã versamur in vidua Comitissa, cui alimenta promissa ad rationẽ octo non sufficiunt, vt mihi supponitur, & colligi potest ex ampla eius familia. Vnde hæredes hoc casu si aliquid refunderent de pro-
67 prio, vltra illa octo, iure meritò soluerent † quia ad hoc tenentur, & obligati sunt, vt supra vidimus nu. 56. pulchrè Lupus Hisp. in repet. dicti. c. per vestras in notab. §. 8. circa fin. sub nu. 5. vers. moderatus autem intelligo. Surd. de aliment. tit. 1. q. 42. nu. 9. 10. & tit. 4. q. 20. nu. 10. & ratio est, quia ipsi tenentur præstare alimenta tãquam vxori olim viri sui, vt post Bart. inquit Aret. in sæpe citata l. diuortio. col. 2. sub nu. 4. ergo si consideratur vti vxor tãti Comitis, debet splendide ali, non iuxta fructus dotis; quia, & tantũ ipsa alias perciperet, vt supra nu. 42. & seq. & tamen alimenta sua debent esse magna, & pinguia cũ cogatur in honorem præcedentis matrimonij, habere Curiã omni seruitiorũ genere absolutam, & instructam, nec sufficiẽter ꝑ ratione sui status aliter viuere possit. Hæc autem omnia rationẽ habent magis in ea vidua, quæ toto vitæ suæ tempore percepit fructus prædij spõ-
68 tè ab hæredibus sibi dimissi pro his alimentis, † & nunquam conquesti essent: nec controuersiam mouissent: Quia vidua licitè percipit fructus, & interesse dotis, & longè magis retinet ab hæredibus viri, spontè soluentibus, nulla super hoc præcedente conuentione. Bertazol. cons. crim. 226. per totũ, & cons. 227. nu. 15. & sub nu. 18. & in fine dicit, sic iudicatum. Albens. cons. 241. nu. fi. Sicut è conuerso multi voluerunt, ꝙ si vir toto suo tempo-
69 re tacuit, † & illos non petijt, remisisse dicatur. latè Cacher decis. 132. vbi in fine refert sic iudicatum. Surd. de alimen. tit. 1. q. 42. nu. 111. cũ multis seq. Vbi enim hæredes cæperunt spontè post annum alimenta ministra-
70 re † tenentur perseuerare. Castr. in l. diuortio. sub nu. 6. versicu. finito autem anno, si hæredes incepissent. ff.

solu-

soluto matrimon. Rim. Sen. consil. 649. sub num. 3. & 4.

Idem dicerẽ si filia iam effecta vidua percepisset fructus, & redditus fundi in hanc causam alimentorum † 71
per patrem viro, & sic genero assignati: quia hæredes patris non possunt dicere, quòd fructus essent in sortem dotis computandi. Siquidem maior ratio viget hoc casu erga patrem circa alimenta filiæ, cui dotem non assignauit, quàm in hæredibus viri: quia pater tenetur alere filiam † quàmuis nuptam si dotem non soluit. dict. cap. 72
salubriter. de vsur. Aret. in §. fuerat. num. 14. Instit. de act. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 6. num. 4. Et sibi imputandum non est, quare non vrserit patrem † ad do- 73
tis solutionem. l. si extraneus ff. de iure dotium. Vnde cessant rationes Doctorum in dict. c. salubriter, & in d. l. diuortio, nempè, quòd imputandum est viduæ, quare non institerit dotes restitui: quia loquuntur in hæredibus viri dote debitoribus. Aret. in d. §. fuerat. num. 19. ibiquè Ias. sub num. 26. Institut. de act. Cessat itẽ altera, dum dicunt, quòd pater dicere potest alaris per hæredes viri, quia dotem habent, quam viro tuo tradidi, vt supra num. 35. ergo, & iuris dispositio cessare debet. Hanc opinionem sentire videntur Host. Innoc. Abb. & alij in dicto capit. salubri ter, dum dicunt, quòd si hæredes viri perciperent fructus ex pignore assignato, à socero, iuxta terminos illius textus, illos non acquirerent. † quia erat in facultate ipsorum, statim mortuo 74
viro pignus restituere viduæ. Prout non lucrantur etiã ex fundo in dotem, dato, quem statim restituere possunt. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. ibiquè omnes, & in l. diuortio ff. solut. matrim. Et sic sentiunt, quòd fructus pignoris spectent ad viduam, & non dicunt illos teneri in dote computare, prout facilè dicere poterant, & explicitè hoc dixit Villagut. de vsur. quæst. 22. conclu. 10. in fine. Sotus. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 1. artic. 2. col. fi. circa med. Siquidem absurdum esset dicere filiam habere debere dotem, à patre in vsufructu, non in proprietate, cum succedat loco legitimæ, ex qua fructus debentur; & interesse. l. Papin. §. vnde si quis de inofficios. testa-

ſtamen. Alexand. conſil.69. ſub num.3. in 1. Et pater ſi filiam ale re,& etiam dotare tenetur, non ſatisfacit legi, ſi alit, ſed non dotat Surd. de aliment. titu. 1. quæſtio
75 42.nu.17. ſecus ſi dotat,† quia ex illa viuere debet.l.pro oneribus C. de iure dotium.l. dotis fructus.ff.eodem titulo. Maximum item eſſet inconueniens hoc caſu filiam iam effectam viduam, teneri computare fructus perceptos ex bonis patris in dote promiſſa: quia hoc modo ſi tandiu viueret, quod fructus quotannis percepti dotem æquarent, iam dote priuata remaneret filia, absq; ſui culpa, nec virum inueniret, ſi deinde ad ſecundas vellet conuolare nuptias. Surd. de aliment. priuileg. 49. ſub num.8. verſic. propterea ego aliter. Et propter aliment.
76 capitale dotis † non eſt conſumendum. Abb. in capit. 1. de vſur. Surd. de aliment.titul.4. quæſt. 10. num 2.
77 Et in terminis, quod filia † non computet alimenta in dote ſibi à patre promiſſa. dixit Bart. in l. qui filiam in 2.lect. num.1. ff.vbi pup.educ. de b. Aret.in §. fuerat.nu. 65. Inſtitut.de actio. in tantum, quod ſi filia acceptaue-
78 rit legitimam in quantitate † adhuc debentur vſuræ,ſeu in intereſſe loco fructuum. Alex.dicto conſ. 69. num.3. verſic.accedit ad confirmationem in 1. Cacheran. deciſ.143. ſuperit.num.3.
79 Hæc tamen diximus † moti ex verbis Ananiæ in dicto capit. ſalubriter. col.pen.verſ.quæritur etiam iuxta prædicta. Vbi ſcribit ſe habuiſſe in facto quod ſi filij vxoris retinuerint pignus dotale,& fructus perceperint, quod illos teneantur in dote matris computare: Et idem volunt Add. ad Summa Ang.verb.vſur.il 1.num.28.lit E. Lup. Hiſp. in repet. d.c. per veſtras, in notab. §. 8 num. 4. ſubdens, quod ſi teneretur mater viuens illos in dotem compenſare, ergò, & filij ſui: Nam vt patet ex iam ſcriptis malè iſti loquuntur, retento themate dicti capit.ſalubriter, nempè de pignore dato per patrē vxoris. Et iura, & authoritates, in quibus Lupus ſe fundat loquuntur in pignore rei viri, & ſuorum hæredum. Et dum ſubdit Lupus, quod mortua vxore filij licet ſuperſint, non tamen amplius dici poteſt agi de oneribus matrimonij, id non videtur verum: quinimò interuſuria

dotis

dotis debentur † mortua vxore filijs existentibus; Cum 80
educatio filiorum mortua vxore † connumeretur intra 81
onera matrimon: j. Socin. Sen. consil. 9. num. 13. in 1. Socin. Iun. cons. 35. num. 6. in 1. Ioseph Cumia ad ritus regni Sicil. cap. 94. de interus. dot. num. 22. 23. Secus vxore mortua, & filijs. Et ita intelligo Alexand. cōs. 74. in fine in 5. & Gab. cons. 20. num. 88 in 2. quicquid scripserit cons. 132. num. 3. 4. & sequent. in 1. quia potest intelligi de hæredibus non de filijs. Prout, & in hæredibus simpliciter loquuntur. Ias. in l. diuortio nu. 17. in fine, & num. 23. ff. soluto matrimon. Ioseph. Ludou. conclus. 36. ad finem. vers. istud autem priuilegiū, & sic de extraneis: vt inquit Villagut. de vsur. q. 22. conclu. 11. num. 12. non de filijs, vt in conclus. 10. quia si alimenta, & seu interusuria dotis debentur patri mortua vxore, quando filij supersunt: vt supra diximus, multò fortius filijs ipsis mortuo patre, & matre: quia propter quod & vnumquodque tale, & illud magis: Et qui tenetur ad alimenta mulieris, † tenetur etiam versus eius 82
filios, maximè si propter dotem non solutam debentur. Ludou. Bolog. consil. 19. num. 4. in fine. versic. aliud notat. Lud. Lopez. instruct. conscien. par. 2. cap. 60 quæst. 5. vers. his igitur. fol. 197. Peregr. consil. 71. num. 21. & alimenta, † vbi loco legitimæ debentur ad hæredes tran- 83
seunt. Lup. Hisp. in cap. per vestras notab. 3. §. 24. num. 7. & sequent. de donat. inter vir. & vxor. Surd. de alimen. tit. 3. quæst. 1. num. 38. & tit. 5. quæst. 1. num. 31. Et videtur, ꝙ filij isti, tunc magis fructus lucraretur ex fundo aui materni in pignus dato genero, & sic patri, vel etiā matri, quando esset obligatum pro tanto prætio, vt non videretur esse spes luitionis, † quia potius tunc videre- 84
tur abalienatum, & in solutum datum. Ias. in l. sciēdum. § possessor. num. 4. & 5. ff qui satisda. cogan. Phanuc. in consi. addito post tractat. de inuentario. num. 12. & consequenter licitè perciperent illius redditus, & fructus, vt sic arguit Phanucius loco citato. nume. 13. & Neguss. de pignor. in 1. membr. 3. part. num. 30. Additio ad Afflict. decis. 373. num. 4.

Quod militare videtur etiā respectu viduæ, quæ hoc modo

modo habuisset huiusmodi pignus ab hæredibus viri, eoque magis si sponte assignationem fundi pignorati fecissent, vel a ias sponte promisissent, & sponte soluissent huiusmodi interusuria: quia cum vsura sit furtum, & rapina, consequenter istud delictum vsuræ propriè
85 non potest cadere in vxore, † sicut nec furtum, tum viuo marito. l. penul. ff. de crim. expil. hæred. tum nec eo mortuo l. aduersus. C. eod. titulo. Bald. in l. vnica §. sed nec retentio num. 3. C. de rei vx. act. Et licet tunc vxor teneatur ad restitutionem, vt in dictis legibus. Attamen secus esse debet in isto casu, quo viro, & hæredibus scientibus, & expresse à principio consentientibus percipit fructus & interesse: quia donare voluerunt, vt sup. num. 10. & hoc expresse dixerunt, & in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligation. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 2.

Quod autem diximus interusuria deberi viduæ ex
86 dote sua, non habenti vnde se alat, procedunt etiam † respectu donationis propter nuptias. Grammat. decis. 103. num. 98. & 101. Thesaur. decis. 45. Cumia ad ritus regni Sicil. cap. 94. de interusur. dot. num. 14. cum seq. Vrsil. ad Afflict. decis. 291. num. 5. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 20. num. 6. & tit. 1. quæst. 42. num. 75. cum seq. Quicquid dixerit Pergrin. de iure fisci. libr. 3. tit. 7. nu. 33. & cons. 71. num. 19. consil. 160. num. 35. & seq. qui dum voluit †
87 non deberi vsuras ex hoc dotis augumento, tanquam sit donatio, destituitur eius dictum ex textu l. finali. §. præterea. C. de iure dotium. Extraneus enim dans dotem mulieri dicitur donare. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor.
88 actio. & † tamen tenetur ad interesse, vt in dicto §. præterea. Zecch. de vsur. capit. 16. nume. 30. Item si mulier virum ducat, & dotem promittat, sed non soluat, tenetur erga ipsum ad istud interesse. Bald. in dicto §. præterea, num. 17. Anan. in cap. salubriter colum. 2. sub nu. 5. de vsur. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. sub num. 138. & seq. ergo non video, quare, & vir seu eius hæredes teneri non debeant, versus vxorem propter donationem ei non solutam, cum ista inter se æqualitatem habere debeant. l. cum multæ. C. de donat. ante nupt.

Verum

Verùm est, quòd pro augumento dotali, seu donatio ne propter nuptias solent viduæ creditrici taxari mino ra interusuria † quàm in dote fiat, secundum Grammat. 89
vbi supra. Sed hoc intelligo quando vidua simpliciter fundaret se in iure statutario, de interusurijs dotalibus disponente. At si ipsa prætenderet maiora, non video ra tionem quare augenda non essent, vsque ad interesse passum per ipsam: vt quia implicuisset in emptione red dituum, & censuum annuorum, vel aliter ad mercatu ram dotem suam, & donationem propter nuptias de disset, † quia tunc taxatio statutaria non attenditur, 90
sed interesse passum. Neguss. post Castrens. de pignor. 2. membr. 3. part. nume. 12. & patet ex suprascriptis. num. 67.

SVMMARIA.

1 *Pactum de retrouendendo, & modicitas pretij, hodie sufficit ad arguendum contractum in fraudem vsurarum confectum.*

*Maximè stantibus Bullis de censibus, & cambijs nu mer.* 2.

3 *Pactum, quòd quandocunq; ad libitum venditoris fundus restitui possit, reddit contractum magis su spectum, secus si temporale esset.*

4 *Conductor ad modicum tempus non possidet, secus ad longum.*

5 *Contractus liuelli iusto pretio mediante constitutus, an validus, concluditur non valere, num.* 6. *& per totam quæst.*

6 *Pacta sunt illa, quæ contractum damnant, & nu.* 8.

7 *Læsio in pretio sufficit in istis contractibus, etiam si sit modica ad arguendum contractum suspectum.*

8 *Pacta sunt illa, quæ pretium aliàs iustum diminuunt.*

9 *Plus valent quinque certa, & infallibilia, quàm octo incerta, & num.* 12.

10 *Bona feudalia, & emphiteutica æstimantur pro ter tia parte minus, respectu vassalli, & emphiteutæ, sed respectu domini plus valent, nu.* 11. *&* 14.

13 *Spes augendi redditus, & census est considerabilis, & æstimabilis.*

14 *Directum dominium quanti æstimetur.*

15 *Alex.de Neuo, Alc. Natt. Parif. Brun. Mant. Viuius, & Berg. damnantur.*

*Extrauag. Martin. & Calixti de empt. & vendit. quomodo loquantur, videatur ibi cum numeris sequent.*

16 *Contractus annui redditus, & census longè distat ab emphiteutico, & liuellario.*

17 *Liuellarium contractum iniens, sibi proponit acquirere annuum redditum.*

18 *Pacta caducitatis, deuolutionis, & prohibitionis alienandi, etiam tempore extrauagant. Martini, & Calixti erant prohibita, & nu. 23.*

19 *Bulla de censibus loquitur de censibus, & annuis redditibus pretio mediante constitutis, & de aliis æquipollentibus.*

20 *Fraus extrauagantibus prædictis, quomodo fiat.*

21 *Contractus secundus emphiteuticus, seu liuellarius est primus in intentione, & emptio ordinatur ad ipsum.*

22 *Actus quilibet iudicatur à principali proposito, & intentione partium.*

24 *Fraus legi vsuras prohibenti, nec etiam per indirectum fieri permittitur.*

25 *Emens fundum iusto pretio, rem illam alteri penitus extraneo in emphiteusim, sicut concedere potest, ita & eidemmet vendenti, secundum Siluestr. sed opinio contraria tutior est, vt ibi & num. 30. & 42.*

26 *Fundus venditus si deindè reperiretur penes vendentem sub titulo liuelli, vel emphiteusis suspicio oritur, quòd sic à principio inter partes actum fuerit: & ideo contractus illicitus redditur. nu. 27.*

27 *Fundus alienatus repertus deindè penès venditorẽ, suspicio oritur, etiam si soluatur affictus.*

29 *Stoccus, & Bistoccus qualis sit.*

31 *Clericus, vel ecclesia emens fundum iusto pretio, ea inten-*

*intentione reconcedendi illum extraneo in emphiteusim, malè facit. ratio. num. 43.*

32 *Negociatio lucrosa, clericis est interdicta.*

33 *Pacta caducitatis, deuolutionis, laudimij soluendi, & similia sunt nimis lucrosa, & num. 42. & clericis prohibita sunt. num. 34.*

35 *Bulla Pij V. de censibus principaliter adita ad tollendas vsuras, & illicita lucra.*

36 *Censuum, & annuorum redditutum natura est, vt pretium perpetuò sit alienatum, nec vnquam repeti possit, aliàs contractus esset vsurarius.*

37 *Census ementes fortunæ non subiacentes, contractus est vsurarius.*

38 *Pretium datum in contractu censuali nec directè, nec per indirectum vnquam reperi potest.*

*Nec aliqua spes adesse debet illud recuperandi. nu. 39.*


40 *Caducitati non est locus, nisi domino volente.*

41 *Contractus liuelli redditur vsurarius, vbi resolutio ipsius dependet à voluntate domini emptoris.*

44 *Spes plus lucrandi in intentione consistens, reddit cōtractum illicitum.*

## QVÆSTIO II.

***An iustum pretium à principio solutum reddat contractum liuellarium licitum.***



Vidimus hucusque contractum istum liuellarium, seu emphiteuticum pecunia constitutum esse in fraudem vsurarum confectum, & fœneratitium. Sed difficultas oriri potest, quid de eo contractu sit censendum, in quo à principio iustū fuisset solutum præcium, & deinde res ipsa reconcessa venditori iure liuelli? cessat enim hoc casu secundum requisitum quod est modicitas pretij, in quo potissimū statuitur suspitio in ista materia vsqueadeo, quòdini-

niti voluerint, quòd duo tantùm sufficiant modicitas
1 scilicet prætij, † & pactum de retrouendendo, absque eo,
quod probetur tertium, nempe quòd quis solitus fuerit
fænerari seu similes contractus facere; Quorum opinio
tanquam verissima est tenenda: quia cap. illo vos. de pignor. postquam posuit prima duo requisita, subdit *præsertim cùm vsuras consueueris exercere*, quod verbum *præsertim* stat augmentatiuè, & ex abundanti, itaut ex duobus contractus reddatur vsurarius, multò magis si tertium concurrat, quod sit solitus fænerari. Ita Zabarell. Butr. Imol. & alij omnes in d. cap. illo vos. Calcan. consil. 26. num. 25. cons. 84. viso casu num. 8. Anan. cons. 58. sub num. 1. Geminia. cons. 16. sub num 4. in fine, vers. non obst. quòd istud. Barb. consi. & col. 7. in princip. & cons. 22. num. 10. in 4. Rimin. Sen. consil. 451. nume. 3.
2 Id quod tantò magis verum credimus his temporibus † propter Bullas de censibus, & cambijs principaliter editas ad tollendas vsuras; & illicita lucra, & omnem viam simulati cõtractus, in fraudemque vetiti fœnoris. Quod intelligo, vt obiter dicã, quatenus tamen pactum de retrouendendo esset perpetuũ, & pro eodẽmet præcio initũ, quia † nullo modo mihi persuadere possũ, quod in hunc
3 modũ contrahens habuerit voluntatẽ verè emendi, & alteri vendendi, cum spem habeat semper recuperandi. Cepol. de simul. contract. præsump. 12. sub nu. 125. vers. aut verò quærimus, & sub nu. 126. cum sequentib. Menoch. lib. 3. præsumpt. 122. sub nu. 74. vers. primus est. & nu. 75. in fine. Secus si quis faceret pactum de retrouendendo ad modicum tempus, nempè intra decennium, simplicemque faceret locationem per quinquennium aut etiam septennium eidem venditori, secundum præcitatos Doctores, & non adesset pactum istud locandi in instrumento venditionis, & sic intelligo Gamam, decis. 39. & omnes alios, qui contrarium voluerunt, nempè Crot. cons. 141. num. 9. & sequent. in 1. & 244. sub nu. 24. & sequent. eod. Rum. cons. 16. num. 11. in fine. & cons. 66. in 4. cum alijs per Mascar. de probatio. conclus. 439 num. 22. & ratio est; quia simplex conductor
4 ad modicum tempus non possidet, † sed detinet, quod

secus

secus est in vendente, & postea conducente ad longum tempus, quia tunc possidet, & possessio in isto casu in vendente reddit contractum suspectum. Barbat. consil. 8. num. 9. in princip. in 4. Mascard. tota dicta conclus. 439. Sed quando quis statim inito contractu, vel etiam post aliquot menses concederet rem in liuellum, vel emphiteusim venditori, absolutè contractum reprobarem, quia tunc plura Vinsurgunt detestanda, de quibus diximus supra in q. 1. Quod secus est, quando fit simplex locatio. Summa Corona. in c. de vsura circa contract. de retrouendendo in fine, vers. 5. emere fol. 48.

Redeundo modò ad quæstionem videtur tenendum, quòd vbi iustum prætium è principio fuit solutum, contractus sit validus; † vnde dixit Imol. in capit. ad nostram colum. 2. ad finem, de empt. & vend. quòd vbi prætij modicitas non interuenit frustratorium est quærere, 5
an contractus sit simulatus in fraudem vsurarum. Natt. consil. 586. num. 1. & Valasc. de iure emphi. quæst. 32. sub num. 18 Nauarr. dicentem, quòd si celebrata fuerit venditio iusto prætio, deindè res concessa venditori in emphiteusim, valet. Gama. decis. 59. Nihilominus tenendum est, contractum hoc modo initum, etiam nulla data prætij modicitate, esse fœneratitium, quia † pacta sunt 6
illa, quæ damnant contractum Calcan. consf. 84. nume. 8. & 9. & hic plura adsunt, de quibus supra. Et dato, quòd omnia non concurrerent, adhuc pauciora redderent contractum iniquum. Castr. consf. 290 sub nu. 4. in 1. Calcan. consf. 83 pro inuestigãda. nu. 2. Et in terminis, quòd non obstante prætij iustitia contractus ex dictis pactis efficiatur vsurarius, dixerunt plures Doctores inter consilia Corn. 23. nu. 7. vers. ergo idem dicendum, & num. 8. in 3. Borgnin. decis. 1. sub num. 70. 71. in fin. & 72. cum seq. decis. 2. nu. 16. in fine in 2. Roland. consf. 40. sub nu. 42. vers. non obstat etiã. in 2. Ioseph Ludouicus conclus. 51. col 8. vers. sed quando loco, & coniectura 28. fol. 118. Zecch. de vsur. cap. 13. col. fi. vers. & licet cum res venditur. Modern. Paris. consf. 30. in fine Gabr. consf. 74. nu. 13. & num. 21. in 1. Calcan. consf. 83 pro inuestiganda. nu. 2. & 3. Camill. Lepid. decis. Lucan. 26. colum.

2.verf.licet prætium fit iuftum. allegat Cepol. de fimulat.contract.præfump.3.nu.32 & hoc eft de mente omniũ Doctor.quos citauimus in quæft 1.num.11. Nullam .n. prætij modicitatem confiderant,fed cautellas,& pacta illicita,& clarè voluit Ancha.qué fic intelligit Imol. in cap.illo vos.nu.18.de pign Caftr.in l.1.num.1.ibi ét fi pro iufto prætio fuiffet venditio facta. C.plus val.qđ agitur.& idem Caftr.conf.109 Vifa fub nu.2.in 2.dixit, quòd in ifta materia fufpecta, non ita exacta requiritur
7 probatio valoris rei, † fed quælibet alia leuis præfumptio,& conectura fufficit, ex quo non verfamur in materia.l.2.C.de refcinden.vendit.Sequitur Borgn.in d.decif.1.nu.67.68.& decif.2.fub nu.15.in 2.Calcan.cõf.84 colum.2 fub nu.7. Albenf. conf.79 .nu.25. Natt confil. 198.nu.15.in fine,& nu.16. Quinimò dicitur concurre-
8 re prætij modicitas,& læfio:quia per pacta,† quæ refpiciunt fauorem acquirentis, & præiudiciũ alienantis: vt hic,ipfe tantò minus de prætio recepiffe dicitur. Parif, cõf.55.nu.50.in 1. Borgn.decif.29 nu.20.& 66.in 2.39. nu.38.in 3.Afflict.in cap.1. fub nu.18. tit.de feud. dat. in vic. leg cõmiffor. Bald.conf.164. maritus in fin. in 5, Rip.conf.6.de oblig.in 2. Valafc.decif 70.fub num.14. Idcircò benè dicebat Tolet.in fumma lib. 5.c.45. qđ
9 certitudo fructuum eft confideranda, † quia plus valent quinque certa,& infallibilia,quàm octo incerta. Vndè quo magis fructus, & redditus funt firmi, & fecuri, eo magis debet effe prætium,quo venduntur,& in cap. 48. verf.folet fecundo. infert, quòd quoties oneratur plus venditor in illis redditibus:vt quia non poffit rẽ alienare,tunc magis prætium emptoris debet augeri. Et è conuerfo, fi emptor magis oneratur, aut penfio augeri de-
10 bet,aut prætium fuum minui. Nam refpectu vaffalli † & emphiteutæ res minus velet,quia detrahitur tertia pars Borg decif.1.nu.26.in 2.& in Ciuitate mea duo ex quinque: Pariter, & quoàd dominum refpectu fuperioritatis
11 tis † fuæ,& dominij plus valent:itaut duo de introitu cõftituant centum de capitali, in feudis iurifdictionalibus. Loffred cõf.52.nu.29.Neuiz,conf.7.fub nu.4 Rim Iun. conf.5.fub.nu.91. & 127. Vfque adeo, vt femper crediderim

derim † quinque de redditu hoc casu certa, & infallibilia æquiualere octo,& maiori summæ. Modern. Paris. de vsur.q.57. sub nu. 481.quia vltra illa dominus sperat laudimia deuolutiones,caducitates, & emolumenta inuestiturarum,quæ maxima sunt, Et spes augendi redditus est considerabilis † & æstimabilis. l.spem.C.de donat. Federic.de Senis consil.210.Natt.consil.631 nu.17.Nauar.de aliena.rerum ecclesiasticarum nota.13.sub nu.22. 12 13

Hinc si domini isti volunt vendere ius eorum directū exstimant † illud ad rationem trium,vel triū cum dimidio ad plus,pro centenario.Borgnin.decis. 33. quamuis supra num.fin.in 3. post Modern.Paris.de vsur. nu.112. vsque ad num.120.Sola de iur.emphit.gloss.quemadmodum num.25.fo.30.Cepol.de simul.contract. præsump. 2.num.67.cum seq. 14

Longè ergò lapsi sunt Doctores, † qui dixerunt contractum licitum,quo quis facta rei emptione reconcedit illam venditori in locationem perpetuam, liuel'um,vel emphiteusim,propter extrauagantes Martini, & Calixti in cap.1.& 2.de empt.& vend.prout Alex.de Næuo cōs. 95.Alciat.cons.40.in 1. & quidā alij de quibus per Natt. cons.498.sub nu.10.17.18. Paris cons. 60. nu. 13. in 1. Rolan.96.num.28.in 2.Brunor.à Sole quæst. 2.nu.5.6. 7.cum seq.Decian.toto cons.23.præcipuè num.19. cum seq.in 5.Viuiu.commu. opin.1052.in verbo vsuram nō committeret.Marc.Mant.cons.221.sub nu.27.in 2. Borgnin.decis.13.nu.47.in fin.& nu. sequen in 2. Isti enim fundantes se in dictis extrauagantibus,vbi permittuntur emi census,& redditus annui ad rationem decem, & vltra pro centenaro, longè magis licitum dicebant istum ad rationem quinque. Cæterum longè aberrarunt, † quia aliud est facere contractum annui census, & redditus,aliud liuellarium,vel emphiteuticum. Natt.cons. 497.nu.13. Et licet intentio principalis † gerentis hos contractus liuellarios sit constituere,& sibi ipsi acquirere annuos redditus.Barba.consil. 72.num.15. in 4. quia non consideratur primum instrumentum emptionis per se,sed iunctum cum secundo, vnicus est cōtractus.Natt. cons.449.nu.8.Ioseph Ludou.concl.51. vers.decima se- 15 16 17

xta coniectura,& versic.quando separatè fiunt plura instrumenta: Nihilominus vis consistit circa modũ ineundi ipsum contractum: Siquidem si recta via emantur census,& annui redditus:iuxta dictas extrauagantes,ideo valet contractus,quia prætium perpetuò alienatur,& fit venditoris annui redditus, nec ex aliquo quouis pacto cogi potest ad illud restituendũ: Si res perit in totũ vel in parte,perit ẽt redditus ad ratam;Ipse censuarius potest ad libitum vendere,& alienare rem ipsam,etiã nulla petita licentia. Et tandem ad libitum se liberare potest, per restitutionem eiusdẽmet prætij recepti, vt in dictis extrauagantibus. At si concipiatur contractus sub natura emphiteutica, vel liuellaria totum contrarium contingit,ergo contractus redditur vsurarius,quoniam etiã
18 † vsque ad tempora Martini,& Calixti, pacta ista erant prohibita, & vsuraria. Nauar. cons. 9.in fin.de empt. & vendit. volum.1.& tract.de vsur.à nu.69. vsque ad fin. &
19 Gama.decis.91 .nu. 3. Bulla Pij V.de censibus † non solùm loquitur de censibus per viam emptionis constitutis, sed ẽt per alios contractus æquipollentes. Nauarr. cons.1.de donat.nu.2 vol.1.Et contractus iste verè dici-
20 tur in fraudem dictarum extrauagantiũ † machinatus, quia videntes isti non posse concipere contractum redituũ recta via cũm pacto commissi,laudimiorũ, prohibitionis alienationis,& restitutionis prætij, cogitarunt celebrare sub ficto nomine emphiteutico, & liuellario; præcedente rei emptione: vt inde appareret illos non versari in terminis dictarum extrauagãtium, & sic pacta illicita,hoc modo per indirectũ licita videantur, quod est grauiter detestandũ:quia vt dicit Anchar.consil.162. præmittendum est. ex præordinatione partium secun-
21 dus cõtractus † emphiteusis erat primus in intentione, & emptio ordinabatur ad ipsum secundum contractũ, qui ideo attendi debet,non primus. Afflict.decis. 80. nu. 3. in fine,& nu.4. Franch. decis. 369. nu.6. Bald.in l.ambitiosa.nu.19.ff.de decret.ab ordin.facien. & in 1.constitutione Cod. nu.5.Rip.in l.1.nu.114 ff. solut.matr. vbi
22 ideo inferunt, † quilibet actus semper à fine, & principali pposito,& intentione contrahentiũ dijudicari debet.

bet. Socin. in l. si quis nec causam, nu. 4. & sub nu. 11. ff. si cer. petat. Curt. Iun. in l. 2 §. mutui datio. nu. 22. ff. eod. tit. Tiraquell. in l. si vnquã in verb. donatione largitus. nu. 4. C. de reuoc. donat. At si recta via, quis emendo annuos redditus super proprietate alterius, cũ istis pactis, & ipsum nominaret non censualẽ, sed emphiteuticum, † & vellet regulis contractus emphiteutici subijci, absolutè vsurarius fuisset, etiã vsque ad tempora dictarũ extrauagantiũ, vt patet ex earum tenore, & supra diximus, ergò, & hoc modo † per indirectum initus vsurarius est. Bald. in l. cũ allegas. nu. 17. 18. C. de vsur. quia non debet esse in facultate contrahentium circũuenire legem, & constitutionẽ indictam ratione publicæ vtilitatis, ad euitandas vsuras, secundum ipsum. 23 24

Nec obstat, quòd dicit Siluest. in summa, † in verbo vsura, quæstio. 2. sub nu. 16. col. fin. nẽpè, quòd sicut quis potest emere, & deinde rem ipsam alteri penitus extraneo in emphiteusim concedere, & hoc est licitum; pariter id liceat, & permittatur in persona vendentis, & alienantis, quia non tenet consequentia ista, secundũ Pract. Papien. in forma libel. in causa vendit. versic. corã nobis in fine. Barbat consil. 51. col. 5. in 1. Quadoquidem, eo ipso, quòd res vendita reperitur penès venditorẽ, contractus non caret suspitione. Bar. in l. post contractum. ff. de donat. Ideò melius est, vt extrano concedatur, secundũ Papiensem, & Barbat. in citatis locis: aliàs præsumitur sic inter † partes à principio conuentum, nempè, vt ipsi venditori reconcedenda esset. Pius V. in Bulla de cambijs, ibi, *nàm inter dantes, & recipientes vsque à principio ita conuenerat, vel certè talis intentio erat*. Barba. consi. 72. nu. 15. in 4. & tanto magis quia isti sic soliti sunt contrahere. Anch. in c. peccati venia, col. 5. circa med. vers. & videtur ex prædictis de regul. iur. in 6. Barbat. d. consi. 72. nu. 16. & consi. 66. nu. 7. in 2. & vbi sic actũ est † contractus redditur illicitus. Zecch de vsur. cap. 13. col. fin. versic. & licet cum res venditur. Borg. decis. 2. nu. 5. in 2. Menoh lib. 3. præsump. 122. nu. 74. Summa Corona. de vsura circa pactum de retrouend. in fin. Vis ergo consistit in qualitate personæ, ex eo quòd lex suspi- 25 26 27

28 catur † fraudem, vbi res penes vendentem reperitur, etiam si soluat affictum Bald.conf. 311.num.6.in 5.Anchar.in cap illo vos.nu 6.de pign.Rip.cōs.7.nu 9.& cōs. 18.nu.25.de oblig.in 2. Natt.consi.198.nu.23.consi.443. sub nu.9 Paris.54.nu 71 in 1. Ceph.198.nu.23. Rolan. 40.nu.31 32.in 2.Pafet.70.nu.5.6. Crauet. 156. nu.10. Plot.85.nu.5. Anchar. consi.9. plurimis col.fin.versi.6.& vlt Barbat. 8.colum.2. in fin.& colum. 5. in princip. in 4.Borgn.decis.2.nu.4.& 5.in 2.Rot.Auenio decis. 129. sub nu.7. Secus si penes tertium penitus extraneum:Patet in illo,qui vendidit ad tempus, & postmodū reemit ab ipso minori prætio tunc numerato, quod est prohibitum, & vsurarium,& dicitur stoccus, & bistoccus, & tamen admissa prædicta ratione, sicut posset rem ipsam ab alio penitus extraneo emere minori prætio(non dico infimo iuxta.l.2.C.de rescind.vend. quia semper hoc in omnibus ꝓhibetur)pariter & ab ipsomet, cū quo prius
29 contraxit,at hoc reprobatur,& contractus † dicitur vsurarius. Marian.Soc.in rubr.extra de vsur.num. 79. Imol. in cap.ad nostram sub nu.9.de empt.& vendit. Modern. Paris.de vsur.in princ.nu.14.Borg.decis.14.num.8.in 2. Lupus de vsur.comment.3.§.5.nu.124.nec mirum,quia multa quoad extraneos permissa sunt, quæ in nosmetipsos prohibentur.DD.in c.1 tit de feud.nō hab. ꝓpria natur.vbi vassallus habens feudum cum clausula,& quibus dederit,poterit illud etiam in allodium alteri concedere, nō tamen id quoad se facere potest,illud sibi appropriando.

30 Ad illud autem,quod dicitur † emptorem posse alteri rem emptam concedere, hoc non puto verū: quia vt experientia fit notum, quis ad huiusmodi contractus nō descendit,nisi certus sit de reconcessione in persona sua: Sed adhuc dato casu, quòd quis hac intentione non ven
31 deret,sed emens fortè clericus animum haberet † reconcedendi rem ipsam alteri in emphiteusim,contractus adhuc esset damnādus,cū .n.id faciat,non vt retineat sed vt alteri concedat,hæc potius dicitur negotiatio lucrosa,
32 † quæ clericis est interdicta: Illa namque dicitur negotiatio lucrosa,qua quis emit aliquid,vt illud postea ca-

rius

rius vendat, vel contrahat, absque aliquo artificio appo sito, & rei melioratione seclusa: vt per Diuum Chrisostomum super Matth.c.21. Card in Clemen.fin.col.2.de censib. Abb.in cap.fin.de vit.& honest.c eric.Natt.cons. 530.num.12.Bero.cons.168.nu.8.& 9 in 1. Et licet isti loquantur in re mobili, non tamen probabile video differentiã in re stabili:prout illa, quæ emitur à clerico: vt alteri recócedatur in emphiteusim ad meli orandum, ad rationem quinque pro centum, & cũ tot pactis præiudicialibus commissi, deuolutionis ob lineam finitã, laudimij, honorantiarũ, & emolumentorũ inuestituræ; & his similibus. † Quæ sunt pacta nimis lucrosa. Boccat.de cen- 33 sibus part.1.nu :60.quæ in clericis reprobantur † non so- 34 lùm in contractu mutui, sed in quolibet alio negotio.c.si quis oblitus 14.q.4.&c placuit 21.q.3. Et cõstitutio Pij V.de censibus principaliter † facta est ad tollendas vsuras 35 & illicita lucra. Bocc.de censib. par.2. nu. 20. & nu. 105. in fine, cũ nu.seq.& par.3. num.45. Non sic contingit in veris cõtractibus annuorum reddituũ, & censuum: quia vnicus tñ cõtractus emptionis celebratur quòd secus est in istis palleatis, quia statim emitur, & statim vẽditur.

Non etiam dicatur, quòd cum sic contrahens nunquã cogere possit emphiteutam, vel liuellar ium ad se affrancandum, vel prætium reddendum, ideò valere debeat cõtractus: quia hoc est de natura cõtractus reddituum, † vt 36 prætium sit perpetuò alienatũ, aliàs dicitur vsurarius. Couar.lib.3.variar.resolut.c.7.sub nu. 3.vers.secunda ratio ex eo Gail. lib.2 obser.5.nu.14.Ratio .n. quare emptio reddituum valeat, eã est: quia illa dicitur vera venditio in qua absolutè prætium fit venditoris, & fructus emptoris, & venditor non cogitur prætium reddere, secus si cogi posset. Anchar.in cap.peccati sub nu. 14.ad fi. vers.sed dices quare. de reg.iur. in 6. & paulò ante vers. quæro duodecimo. di :it, † quòd si emantur census non sub- 37 iacentes fortunæ, contra ctus est vsura rius Idem quando prætium aliquo modo, vel pacto repeti posset, vt inquit sub nu.15.vers. ad propositũ igitur: qui a † nec directò, 38 nec per indirectum recuperari potest. Moder. Paris. de vsur.q.8.nu.134.Boccat.de censib.par.1. num.84.& part.

2 sub nu.3.dicit,quòd emptor redditus non potest pre-
tium vnquàm repetere,aliàs est mutuum : quia emptor
tenetur semper facere prætium venditoris. Si à princi-
pio abalienatur prætium: itaut nunquam peti possit, il-
lud non dicitur mutuum:quia tota res consumitur,vt fit
in veris venditionibus. Barba.cons 66.sub num.8.in 2.&
39 sub nu.9.dicit, quia sors non habetur † nec adest aliqua
spes illam recuperandi,ideo cõtractus validus. Si igitur
contractus iste dicitur emptionis redditum,patet,quòd
potest prætium repeti ad voluntatem emptoris:quia ex
infinitis propemodũ causis,& casibus empniteuta potest
cadere à re,quæ deuoluit ad dominum sic volentem, &
res hoc casu,succedit loco prætij, & in simili est text. in
c.nauiganti,de vsur.vbi merces habetur loco prætij. An-
char.in c.peccati venia.col.10.in fin.de reg.iur.in 6.imò
pius valet,quàm prætium solutum,vt supra Quæst.1.in
40 princ.vidimus.& in Pacto primo. Itaque cum sit † in fa-
cultate domini,an vellit esse locum caducitati. Redoan.
de reb.eccles.non alienan.in fine quæst.dare ré in emph.
nu.13.fo.24.Bursat.cons.143.num.62. & quotidie con-
tingant casus isti caducitatum , & deuolutionum, vt re
ipsa videmus, sequitur,quòd contractus verè dicatur v-
41 surarius , cum † resolutio ipsius dependeat à voluntate
emptoris.Imol.in cap.illo vos.nu 16.de pign. Laderch.
Imol.cons.132.sub num.3.Menoch.lib 3.presump.122.
nu 72.Cacher.decis.41.nu.9.in fi.Borg.decis.32. nu.66.
in fine in 2.Albens.cons.791.nu.13.

Amplius admisso, quòd licitum sit emere iusto præ-
42 tio,non † tamen est licitum reconcedere , vel concedere
alteri rem ad rationem quinque pro centum,cum pacto
commissi, deuolutionis,laudimiorum, & emolumento-
rum inuestiturarũ : quia ista sunt nimis lucrosa, vt supra
scripsimus nu.33.& si quis habet hãc intentioné à prin-
cipio hoc modo,emẽdi,& deindè alteri concedendi rem
43 in emphiteusim,patet,quòd ponit spem † in lucro fu-
turo caducitatis & deuolutionis,in laudimijs, in melio-
rationibus,& alijs emolumentis,vltra solitum canonem
44 de quinque pro centum infallibilem,&certissimum, † &
sola spes plus lucrandi in intentione consistens , reddit
con-

contractum illicitum, & vsurarium Abb. in cap fin. de vsur. Albe. in dictiona. in verbo vsura, il primo in princip. & videatur supra num. 13.

## SVMMARIA.

1 *Praesumptio fauens validitati actus, semper est praeferenda.*
2 *Contractus potius licitus, quàm illicitus praesumitur.*
3 *Maxime in fauorem ecclesiae, & pij loci num. 3.*
4 *Census in dubio praesumitur impostitius, & pecuniarius, non fundiarius.*
5 *Contractus potius censuarius, quàm emphiteuticus praesumitur.*
*Etiam contra ecclesiam num. 6. & 8. 11.*
7 *Liuellus in dubio praesumitur impostitius, non fundiarius.*
9 *Intellectus ad l. sunt persona. ff. de relig. & sumpt. fun.*
10 *Ecclesiae non est fauendum ad praiuditium tertij.*
12 *Liuellus praesumitur magis impostitius, quàm fundiarius, quando in prouincia sic frequentatur.*
13 *Instrumenta, & acta praesumuntur esse penès ecclesiam, & num. 69.*
14 *Ecclesia cogi potest ad edendum instrumenta.*
15 *Caducitatem non intentat, nisi quis probet bona esse sui directi dominij.*
*Etiam si adsit inuestitura dicens saluis iuribus ecclesiae num. 16.*
*Quia dominium directum debet esse resseruatum num. 17.*
18 *Emphiteusis non praesumitur, sed census, quando directum dominium non est reseruatum.*
19 *Dominium directum, est de natura emphiteusis.*
20 *Verba saluis iuribus ecclesiae, nihil tribuunt.*
21 *Caducitatem, vel deuolutionem intentans, tenetur dominium probare, & num. 15.*
22 *Recognitio simplex non est titulus habilis ad translatio-*

tionem dominij.

23 Inuestitura non probat dominium inuestientis.

24 Inuestitus de re sua, sibi non praiudicat, & num. 26. Etiam si dixerit saluis iuribus ecclesiæ. num. 25.

27 Inuestitura coactè recepta, non valet.

28 Inuestitura faciens mentionem de liuello, non de emphiteusi præsumitur impositicia, & pecuniaria, num. 50.

29 Emptio dicitur colorata, quando deindè res conceditur ad liuellum.

30 Contractus primus emptionis, sicut non valet, sic nec secundus liuelli.

31 Contractus emphiteuticus est, quando res originaliter prouenit à concedente.

32 Pratium datum in contractu liuellario, nunquàm repeti potest, aliàs esset contractus vsurarius. num. 33. 34.

Nec etiam res repeti, vel amitti potest, aliàs esset vsura. numer. 35.

36 Contractus liuelli rei emptione praecedente factus est fictitius, quando liuellarius non soluendo cadere debet, præcipuè stante Bulla de censibus. numer. 37.

38 Extranei succedunt, in contractu liuellario.

39 Contractus liuellarius, & emphiteuticus differunt, & num. 41. 50. 61. & 63.

40 Contractus emphiteutici natura hodie alterata.

41 Contractus expressè sumptus sub nomine emphi teutico, hodie tamen talis non est, nisi probetur.

42 Dec. consil. 146. reprahenditur.

43 L. 2. & l. fin. C. de iure emphit. non habent locum, nisi in propria emphiteusi fundiaria.

44 Emphiteusis non præsumitur, sed census nisi constet, quòd soluatur in recognitionem dominij.

45 Liuellum soluens de re propria, si non soluit, non cadit.

46 Censum non soluens de re propria ecclesiæ, cadit.

47 Census soluitur de re propria, & canon de aliena.

48 Contractus emphiteuticus valdè onerosus.

49 Contractus emphiteuticus, vt talis sit, debet euidentis-

*tissimè constare.*

51 *Liuellus verbum est analogum, & aequiuocum.*

52 *Emptor non soluens liuellos de pratio restanti non cadit.*

53 *Cautella abundans nocet.*

54 *Inuestitura continens fundum concessum pro indiuiso non dicitur emphiteutica, sed liuellaria, & pecuniaria.*

55 Ruin. *consil.* 66. *in* 4. *reprahenditur.*

56 *Contractus est vsurarius, quando in inuestitura liuellaria fundus non fuit certitudinaliter expressus.*

57 *Praesumitur contra illum, qui omnia in confuso narrat.*

58 *Paris consil.* 59. *&* 60. *in* 5. *reprehenditur, & num.* 65.

59 *Natt. consil.* 49. *&* 194 *reprahenditur, nec non Boss. Cattel. Bursat. & Cornazan.*

60 *Borgnin. decis.* 32. *& decis.* 13. *in* 2. *reprahenditur, & num.* 64.

62 *Emere fructus, & redditus rei, dicitur contractus census.*

64 *Pactum, quòd emptor teneatur reconcedere rem venditori in emphteusim, est suspectum.*

66 *Contractus arguitur suspectus, ex rei qualitate.*

67 *Venditor reijciens electionem bonorum in emptorem, contractus redditur suspectus.*

68 *Qualitas rei arguit, quòd quis non habuit voluntatem vendendi, nec alter emendi.*

70 *Contractus isti quotidie celebrantur.*

71 *Contractus intelligitur celebratus secundum frequentiorem vsum.*

72 *Contractus liuellarij prohibendi sunt.*

73 *Empta res, praesumitur iusto pratio.*
*Non tamen contractus liuell. fit iusto pratio. ibid.*

74 *Contractus liuellarius etiam antiquissimus, non praesumitur iusto pratio initus.*

75 *Consuetudo qualis est de praesenti, talis praesumitur retroactis temporibus.*

76 *Vsu-*

## QVAESTIO III.

*An emphiteusis, præsumatur fundiaria, vel pecuniaria.*



Actènus liquet contractum, de quo verba facimus iniquum esse. Sed dubium insurgit quia hæc nostra scripta procedere videntur, quatenus constare possit de origine, & principio ipsius cõtractus, sed si supra quinquaginta annos celebratus fuisset, & non appareret de primo emptionis instrumento, (prout difficilè est, & penè impossibile in re antiqua illud reperire, cum nunquàm inuestiturę illud nominent) in dubio præsumendus videtur fundiarius, non
1 pecuniarius: quia † præsumptio fauens validitati actus semper præferenda est. Menoch. de arbitr. casu 472. nu. 2. & lib. 1. præsumpt. quæst. 29. nu. 3. & lib. 6. præsumpt. 2. & potius licitus, † quàm illicitus censetur. Crau cons.
2 156 num. 1. potissimum in fauorem ecclesiæ, † & loci
3 pij: & ideò res in dubio magis præsumitur emphiteutica, quàm censualis: quia illud est magis ecclesiæ fauorabile Bero. q. 14.

Cæterum contraria opinio verior est, quòd etiam si constet censum, vel redditum longissimo tempore solutum, & debitum ex causa obligatiua, & perpetua, † tamen

men in dubio nō præsumitur fundiarius,seu prædialis, idest ex concessione fundi,vel domus originaliter,& naturaliter ab ecclesia pio loco,vel alia persona pueniens sed aduentitius,& impositítius quia quælibet res præsumitur libera,& allodialis.l.altius. C. de seruit & aqua. Ideo cum redditūū plura sint genera,quidam fundiarij, & naturales,quidā accidentales impositítij, seu pecuniæ constituti,in dubio semper præsumitur,quod minus est l.si ita sit scriptum.l.apud Iulianū §. Seio ff.de leg.1. l. semper in obscuris.ff.de reg.iur. cap. in obscuris & ibi Dyn.de reg.iur in 6.in tantùm,vt cōtractus potius † præsumatur censualis,quàm emphiteuticus. Abb.in cap. ex parte.de censib.Couar.lib.3.variar resolut.c.7. sub nu.1. Valasc.de iure emphi q.32.ad fin.Nauar.de vsur nu.109. etiā † contra ecclesiam.Crescent de censib.decis.1. Vnde si certitudinaliter non probetur de origine,quòd fuel- lus sit fundiarius,† seu prædialis, præsumi debet imposititius.Capic.decis.103. nu.4. Boccat.de censibus part.2. num.21.& 188.Borgn.decis. 30.nu.104.vers. idem est si non constat & num.105. vers.tertius est casus. & decis. 32.nu.fin.in 2.quia in obligationibus præsumitur quod minus est,† etiam contra ecclesiam Bald.Nouel.tract.de dote par 6.priuil.73.Imo.& Ias in l.si ita sit scriptū.col. vlt de legat.1. Dec.in d.l.semper in obscuris nu.3. Cabal.Milleloq.311. Paris. cons. 84.in fi.in 3. Corbul. de caus.priuat.ob non sol.canon.limit.34.in fi. Nec obstat. l.sunt personæ.de religios.& sumpt.funer. ibi *summa est ratio,quæ pro religione facit:* † quia intelligitur in his, q̄ sunt propriæ,& veræ religionis,nō de his, quæ spectant ad rem pecuniariam ecclesiarū. Modern. in consuetud. Parisien.§.22 nu.130.& cons. 9.nu.25. Nec ad præiudiciū tertij † ecclesiæ fauendū est Valasc.de iure emphit.q. 32 sub nu.35.ad finem.Burs.cons. 26.nu.37.Surd.de aliment tit.1.q.44. nu. 23. Tenetur igitur ecclesia probare emphiteusim alteri concessam,† esse fundiariam,alias præsumitur impositítia, vt explicitè per Modern. Paris. dict.cons.9. à nu.21.vsque ad 29.& cons.10. sub nu.7.& sequent.& tractat. de vsuris quæst.22 num. 212. eoque magis stante communi frequentia , † & consuetudine

5 6 7 8 9 10 11 12

cele-

celebrandi hos contractus in Patria mea mediante prætio,& pecunia.l.si seruus pluriũ in fin. de leg. 1. l. certi cõditio.§.si nummos.ff si cert.pet.Modern.in locis citatis.Boccat.de censibus. par.2 sub.num.29.& sub nu.188. versic. sed si non apparet. Valasc.de iur.emph.quæst.32 nu 35.vers.ité si in ea prouincia. & num. fin. Euerard. in loco ab emph. ad censum sub num.5.quia cõtractus censentur celebrati secundum consuetudinem, qua solent similes contractus fieri. Corn.consil. 122.num.17. in 2. consil 88.nu.2.in 4 Facile esset probare bona originaliter prouenire ab ecclesia:quia celebrantur acta, & instrumenta,in quibus variæ adhibentur solemnitates. Borgnin.tota decis. 45. in 1. & decis.40. in causa mota in 3. quæ in istis inuestituris non leguntur,minus enunciantur. Et cum acta, † & instrumenta præsumantur adhùc
13 esse penès ecclesiã.Ruin cons.37.col. fin.sub. nu.18. in 4. Pinel.in authen.nisi triceunale sub nume.60. C. de bonis matern.Burs.cons.253.nu. 38. Surd. cons. 249. sub nu.21.Natt.525.sub nu.45.vers.obijcitur.quia nõ cõtingerunt bella, nec dessolationes in patria mea. Borgnin.
14 decis. 32.in fin. in 2.cogi potest ecclesia † ad illa edédum. DD.omnes in c.ad nostrã.& ibi Abb.nu.3. in fi.de emp. & véd.Et eo ipso,q nõ ædit p̃sumitur cõtra ipsam,q liuellus, seu emphiteusis non sit fundiaria,sed impositítia & pecuniaria ad trad. per Alex.cons.58.in 5 Crau.cons. 112.nu.17. Mascard.de probat.conclus.1094.nu. 64. &
15 sic non poterit intentare caducitatem,† nec agere ad deuolutioneam rei, nisi liquidò probet bona esse sui directi dominij.Bald cons.177.ad euidentiam.post princip. in 3 Crauet.consil.280. num.3.Menoch de adipiscend. poss.remed. 3 nu.172.Iosep Lud.concl.14.vers.infertur septuagesimo. Bursat.cons.26.nu.4.& 5. Borgnin. decis. 32.nu.fin.in 2. etiam si adessent in inuestitura illa verba,
16 † saluis iuribus ecclesiæ,vel pij loci. Natt.cons.26.nu. 8.& 9 Reseruatio nihil reperiens, reseruabile non valet. l.at si quis §.plerique ff. de relig. & sumpt. funer. Crau. consil. 29.num.8.Nec quicquam operatur, nisi appareat quale ius competat. late Sola in consiliu. Sabaud. titulo de iure emphiteut.glos. fraus. nu.fin. fol. 13. Quod debet

bet esse directum. † & expressè reseruatum. Aret. cons. 17
10. num. 1. in fin. Borgn. decis. 30. sub num. 104. & sub
num. 110. vers. non obstat. in 2. Bald. in titul. de pace
constant. in verb. pactiones num. 4. Menoch. cons. 391.
num. 7. Redoan de rebus eccles. non alie. tit. de constit.
ann. census num. 3. fol. 101. Natt. consil. 1. in prin. aliàs
res non † præsumitur emphiteutica sed censualis. Bor- 18
gnin. decis. 53. sub num. 55. in 1. & in repertorio in ver-
bo censualis: quia sine directo dominio nec feudum, nec
emphiteusis constitui potest. Alba consil. 61. num. 18.
consil. 64 num. 29. Sola de iure emphit. in princip. num.
8. fol. 9. cũ de natura contractus † emphiteusis, sit quòd 19
vtile transferatur, & directum reseruetur. Natt. consil.
294. num. 2. 3. Rim. Iun. cons. 40. num. 15. Sola loco cit.
glos. in hac rubrica sub num. 9. 10. 9. Et per illa verba sal-
uis iuribus ecclesiæ, vel confraternitatis non dicitur ipsis
reseruatum aliquod dominium. Specul. de iur. emphit.
vers. 74. num 95. Alexand. consil. 14. num. 6. in fine. in 2.
Crau. consil. 15. num. 2. Felin. in cap. inter monasterium
num. 2. & 3 de senten & re iud. Vuesemb. cons. 4. num.
9. 10. Natt. cons. 26. sub num. 9 Guid. Pap. decis. 24. quis-
piam vendidit. Menoc. cons. 2. num. 56. 57. Et concedens
aliquid saluo iure ecclesiæ † non tribuit ius ecclesiæ, nisi 20
de eo constet. Brun. cons. 127. in decima consideratione,
vers. item non obstat assumendo verba illa. Afflict. & ibi
latè Addent. decis. 164.

Itaq; si quis ageret ad caducitatem, † vel deuolutio- 21
nem teneretur dominium rei probare. Sola de iure em-
phit. gloss. recognitiones. num. 9. fol. 21. & supra diximus
num. 15. quia simplex recognitio, non † est titulus habi- 22
lis ad translationem dominij. Sola loco præcitato num.
10. Et inuestitura non probat dominium † infeudantis, 23
vel inuestientis, Bursat. cons. 26. num. 25. Sola dict. tit.
gloss. quæro an lapso numer. 3. fol. 40. quando agitur de
dominio, & sic caducitate, & rei deuolutione, & laudi-
mio soluendo Rip. consil. 2. num. 8. de probat. in 2. quia
illa non spectant nisi ad solum dominum: vt supra in
Pacto. 2. Et recipiens ab ecclesia rem suam in emphi-
teusim, vt rem ecclesiæ sibi non præiudicat † latè Rip. 24

in l si aliquam rem num.34.& sequent ff.de acquir.poss. Castrens.cons.297.certè.in 2.Natt. toto cons.26. Et di-
25 citur recepisse, vt rem ecclesiæ, † quia dixit saluis iuribus ecclesiæ. Et cum nulla iura haberet, inuestitura non te-
26 net, † nec inuestitus sibi præiudicat. Menoch.consil.86. num.94. Sola de iure emphit.gl.recognitiones num. 10. fol.21.& glo.emphiteusis propè finem.fol.27. Ruin.cós. 161.num.17.in 1.Paris.cons.55.num.13.in 1.Alciat.cós.
27 9.colum.penul.in fine in 1. quia facta fuit coactè † ob indigentiam pecuniarum. Afflic. decis.80. sub num.4.& 6.Decian.cons.28. sub num. 17. in 5. Moderu. Paris. de vsur.quæstio.57. sub num.401. vers. quia prima. Bart.in l.si ex cautione.in fine.C.de non num.pecun.Boer.cons. 12.num.2. Et diximus supra de illo, qui accepit inuestituram timens iacturam in bonis. in Pacto 14. numer. 44.

Si autem coniecturæ concurrerent inferentes emphiteusim esse pecuniariam, multo magis res clarissima esset: etiam si inuestitura videretur antiquissima supra cétum annos confecta. Ideo si inuestitura diceret non in emphiteusim, sed de liuello faceret mentionem; vt sæ-
28 pius vidi nempè † iure liuelli, & ad soluendum de liuello, liuellíq; nomine: tunc semper dicerem contractum pecuniia constitutiuum. Ias.in l.1. in 1.lectura num. 62. & in 2.lectura num.41. C.de summa Trinit. & fide Catho. Vbi quærit an si quis emerit ánuum redditum quinquaginta aureorum pro pretio mille, & sic ad rationé quinq; pro centenario liceat, & subdit, quòd nos appellamus hos contractus propriè, liuellos, & quotidiè celebrantur, & quòd multi tenent ipsos vsurarios: quia redditus est semper vniformis,& infallibilis,& quòd alij tenent contrarium. Bald. autem in cap. 1.num.7. titulo si de feudo vasall. ab aliquo fuer. intep.dat consilium: vt ex illis mille ematur prædium ex quo redditus iste præstetur; & tutie contractus iustior erit. Subdit postea, animaduertas tamen, nè ex istis cautellis, & cauillationibus illaqueas conscientiam tuam sequitur Ias. in dict. lectura.2. Ex hoc Baldi consilio puto desumptam fuisse practicam quam totus mundus obseruat. Alexan. de Næuo

cons.

cons. 95. sub nu. 10. quia non solet dari pecunia alicui: vt ipse soluat quid annuatim, sed emitur fundus ex illa pecunia, & postmodum venditor, qui illa indigebat inuestitur de ipsomet fundo, & promittit soluere certū quid, quod est ad minus ad rationē quinque pretij primò recepti. Vnde patet ex Bal. & Ias. has esse cautellas perniciosissimas, & animam illaqueantes, † quia illa fuit collorata emptio. Bald. in l. vnica. nu. 39. ibi colloratus emptor. C. de his, quæ pœn. nom in. textus est in cap. ad nostram. de empt. & vend. & in cap. illo vos. de pignoribus. Et sicut ille primus contractus non valet, quia simulatus, † sic nec secūdus Paris. cons. 54. nu 59. in 1. Barbat. cons. 72. col 4. sub nu. 5. 7. & 20. in 4. Lader. Imol. consil. 132. sub num. 5. 29 30

Quicquid tamen sit hoc vnum dico verissimū, & Bal. Ias. & omnes admittere, q nunquā ex tali cōtractu quis potest cadere, aut iura sua amittere, si non soluat, vel irrequisito illo, cui soluit liuellū, alienet, qm longè distat iste contractus liuelli, à contractu emphiteutico, qui † taliter celebratur, & res de directo prouenit, & originaliter à cōcedente, & inuestiente. l. 1. 2. & 3. C. de iure emphit. Bocc. de censib. par. 1. sub nu. 57. Et q hæc nostra consideratio vera sit, patet ex Baldo in c. 1. nu. 14. vers. extra quæro de quæstione de iureiur. dicens q contractus isti, ideo valere possunt: quia prætium datum nunquā rehaberi, seu † repeti potest, & perpetuò debet esse abalienatū: & quia emens hoc modo redditum cū sua pecunia nunquā vltra percipere potest nisi redditum & censum suū, aliàs esset † cōtractus vsurarius. per cap. illo vos de pign. At hic acquirens liuellū non tm̄ sperat vltra percipere, sed etiā prætiū rehabere, & recuperare, & aliquid vltra, nēpè per honorantias, & emolumēta inuestiturarū reiterandarū de nouennio in nouenniū Castr. scribens in causa Monacorum S. Benedicti Mant. cōs. 142. videtur propè finem in 2. per caducitatē, & per deuolutionē; vt quotidie casus isti contingunt. Prout contingere etiā potest, quòd res melioretur, & meliorationes amittantur, & quatenus et nō melioretur: attamen p caducitates, & deuolutiones dans pecuniā ad liuellū, plus consequitur: quia cū 31 32 33

in l. ſi aliquam rem num. 34. & ſequent ff. de acquir. poſſ. Caſtrenſ. conſ. 297. certè. in 2. Natt. toto conſ. 26. Et di-
25 citur recepiſſe, vt rem eccleſiæ, † quia dixit ſaluis iuribus eccleſiæ. Et cum nulla iura haberet. inueſtitura non te-
26 net, † nec inueſtitus ſibi præiudicat. Menoch. conſil. 86. num. 94. Sola de iure emphit. gl. recognitiones num. 10. fol. 21. & glo. emphiteuſis propè finem. fol. 27. Ruin. cōſ. 161. num. 17. in 1. Pariſ. conſ. 55. num. 13. in 2. Alciat. cōſ.
27 9. colum. penul. in fine in 1. quia facta fuit coactè † ob indigentiam pecuniarum. Afflic. deciſ. 80. ſub num. 4. & 6. Decian. conſ. 28. ſub num. 17. in 5. Modern. Pariſ. de vſur. quæſtio. 57. ſub num. 401. verſ. quia prima. Bart. in l. ſi ex cautione. in fine. C. de non num. pecun. Boer. conſ. 12. num. 2. Et diximus ſupra de illo, qui accepit inueſtituram timens iacturam in bonis. in Pacto 14. numer. 44.

Si autem coniecturæ concurrerent inferentes emphiteuſim eſſe pecuniariam, multo magis res clariſſima eſſet: etiam ſi inueſtitura videretur antiquiſſima ſupra cētum annos confecta. Ideo ſi inueſtitura diceret non in emphiteuſim, ſed de liuello faceret mentionem, vt ſæ-
28 pius vidi nempè † iure liuelli, & ad ſoluendum de liuello, liuelliq; nomine: tunc ſemper dicerem contractum pecuniæ conſtitutiuum. Iaſ. in l. 1. in 1. lectura num. 62. & in 2. lectura num. 41. C. de ſumma Trinit. & fide Catho. Vbi quærit an ſi quis emerit ānuum redditum quinquaginta aureorum pro prætio mille, & ſic ad rationē quinq; pro centenario liceat, & ſubdit, quòd nos appellamus hos contractus propriè, liuellos, & quotidiè celebrantur, & quòd multi tenent ipſos vſurarios: quia redditus eſt ſemper vniformis, & infallibilis, & quòd alij tenent contrarium. Bald. autem in cap. 1. num. 7. titulo ſi de feudo vaſſall. ab aliquo fuer. intep. dat conſilium: vt ex illis mille ematur prædium ex quo redditus iſte præſtetur; & tunc contractus iuſt ior erit. Subdit poſtea, animaduertas tamen, nè ex iſtis cautellis, & cauillationibus illaqueas conſcientiam tuam ſequitur Iaſ. in dict. lectura. 2. Ex hoc Baldi conſilio puto deſumptam fuiſſe praticam quam totus mundus obſeruat. Alexan. de Næuo conſ.

conf 95.sub nu.20.quia non solet dari pecunia alicui;vt ipse soluat quid annuatim,sed emitur fundus ex illa pecunia,& postmodum venditor,qui illa indigebat inuestitur de ipsomet fundo,& prom ittit soluere certũ quid, quod est ad minus ad ratioñé quinque prætij primò recepti. Vnde patet ex Bal. & Ias. has esse cautellas perniciosissimas,& animam illaqueantes,† quia illa fuit collorata emptio. Bald.in l.vnica.nu.39. ibi colloratus emptor. C.de his,quæ pœn.nom in. textus est in cap. ad nostram.de empt.& vend.& in cap.illo vos.de pignoribus. Et sicut ille primus contractus non valet, quia simulatus, † sic nec secũdus Paris.cons.54 nu 59.in 1. Barbat. consi.72.col 4.sub nu.5.7.& 20.in 4. Lader.Imol. consil. 132. sub num.5. 29 30

Quicquid tamen sit hoc vnum dico verissimũ, & Bal. Ias.& omnes admittere, ꝙ nunquã ex tali cõtractu quis potest cadere,aut iura sua amittere,si non soluat, vel irrequisito illo,cui soluit liuellũ, alienet,qm̃ longè distat iste contractus liuelli,à contractu emphiteutico,qui†aliter celebratur,& res de directo prouenit , & originaliter à cõcedente,& inuestiente.l.1.2.& 3. C. de iure emphit. Bocc.de censib.par.1.sub nu. 57. Et ꝙ hæc nostra consideratio vera sit,patet ex Baldo in c 1.nu. 14. vers. extra quæro de quæstione de iureiur. dicens ꝙ contractus isti, ideo valere possunt: quia prætium datum nunquã rehaberi,seu†repeti potest,& perpetuò debet esse abalienatũ: & quia emens hoc modo redditum cũ sua pecunia nunquã vltra percipere potest nisi redditum & censum suũ, aliàs esset † cõtractus vsurarius.per cap.illo vos de pign. At hic acquirens liuellũ non tm̃ sperat vltra percipere, sed etiã prætiũ rehabere, & recuperare, & aliquid vltra, népè per honorantias,& emoluméta inuestiturarũ reiterandarũ de nouennio in nouenniũ Castr.scribens in causa Monacorum S.Benedicti Mant.cõs.142. videtur propè finem in 2.per caducitaté,& per deuolutioné;vt quotidie casus isti contingunt. Prout contingere etiã potest, quòd res melioretur,& meliorationes amittantur,& quatenus ẽt nõ melioretur:attamen ꝑ caducitates, & deuolutiones dans pecuniã ad liuellũ,plus consequitur:quia cũ 31 32 33

prætia rerum stabilium varientur, & semper crescant Rip.cons. 13. de obliga. in 2. patet, quòd plus cõsequitur quàm dederit vltra liuellos, quos semper exegit. Vnde sicut in illo casu, quo quis dedit pecuniam, vt certũ quid
34 sibi solueretur, nunquàm aliud prætendere potest, † & sors debet esse irreptibilis. Castrens. cons. 290. sub nu. 4. vers. quarto obstat in 1. & col. fin. post med. ibi, & quod prætium datũ nullo casu est repetibile. Et vbi prætium remanet saluum, contractus est vsurarius. Bald. cõs. 292. quia ex facto col. pen. in princip. in 5. Ita quando pecunia ipsa conuertitur in emptionem rei stabilis, ex qua redditus præstetur iuxta consil. Bald. de quo supra sub
35 nu. 28. & 31. quia hoc casu res † succedit loco prætij. c. in ciuitate de vsur. gloss. in l. ab eo. ff. de verb. signif. Vnde sicuti prætium debet esse perpetuò abalienatum, nec ex quauis causa repeti potest, vt contractus valeat. Castr. d. cons. 290. præsens dubium in princip. in 1. sic nec res, vel fundus ex prætio emptus, repeti, restitui, vel amitti poterit: aliàs esset contractus vsurarius.

Et ita quatenus ista concurrant in emptione annui redditus sub natura emphiteutica; vel liuellaria, con-
36 tractus sit illicitus, † & in fraudem vsurarum confectus, tradit Summa Angel. in verbo vsura il 1. sub nu. 44. sentit expressè Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glo 6. num. 16. in fine. Et hoc absolutissimum est, stante Bulla Pij V.
37 de censib. † quia si non licet emere census, & annuos redditus, nisi secundum formam ibi præscriptam, consequenter ista reprobata est, & faciũt tradita per Rip. cõs. 4. bonæ memoriæ de constit. & statut. in 1. & cons. 21. licet à Pontificibus nu. 1. cum seq. tit de oblig. in 2. & diximus supra. Nimirùm ergo si in contractu liuelli om-
38 nes extranei † hæredes succedant, secundum Castr. cons. 138. quem sic refert Redoan. de rebus eccles. nõ alienan. tit. 1. quæst. pariter sub vocabulo alienationis in fin. fol. 18. Bald. in tit. de pace constant. in verbo libellarius ad fin. Socin. Iun. in l. Gallus. §. etiam si parente sub nu. 6. ff.
39 de lib. & posthum. quia alter est contractus liuellarius, † alter emphiteuticus. Castrens. in l. colonus in fi. ff. locat. fusè Modern. Pari. in consuetud. tit. 2. in princ. nu. 42. & seq.

seq. Præcipuè in Patria mea, & in plerisque alijs locis, in quibus natura contractus emphit utici † totaliter est 40
alterata, & exoleta. Modern. Parisiens. vbi supra §. 56. nu. 10. & d. nu. 43. dicunt, quòd vsq; temporibus suis verbũ emphiteusis erat æquiuocum, & non concludebat ad naturam veræ emphiteusis, alio non apparente, adeout etiam contractus expresse sonans sub nomine, & titulo emphiteutico non tamen præsumi debet vera emphiteusis, & propria hoc est fundiaria, & dominicalis, † nisi hoc 41
specificè probetur. Atque ideo non erit locus commisso, siue non soluendo, siue alienando, quod repetũt d. §. 56. num. 10. sequitur Raudens. de Analog. cap. 25 num. 47. & sequent. ijdem Modern. in add. ad Dec. in auth qui rem C de sacros. eccl. & ad cons. 146. vbi reprehendunt Deci. ibi consulentẽ rem cecidisse in cõmissum † ob pen- 42
sionẽ non solutã, cum esset contractus liuelli. Et non sequitur res concessa est in liuellũ, ergo in emphiteusim. Bal. & alij in rub. C de iure emph. nu. 6. 7. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. Vrsil. ad Afflict. decis. 80. nu. 1 cum seq. Ruin. cons. 161. nu 27. in 1. Bellon. cons. 21. nu. 7 & 8. Nec textus in l. 2 & fi. C. de iure emph. habet locũ † nisi in vera, & propria emphiteusi: quia iste 43
contractus est stricti iuris. Alex in l. 4. §. cato. col. 4. vers. & prædicta. ff. de verb. obliga. Ciossus cons. 143. quæstioni. nu. 3. Ideo dispositio loquens de emphiteusi, nõ habet locum, nisi constet de propria. Raudens. loco citato num. 51.

Cõtractus dicitur censualis, non emphiteuticus, quãdo † liuellus soluitur de re propria, secus si de re, quæ 44
prouenit à concedente, & inuestiente, de quo constet, & quòd soluitur in recognitionem dominij Borgni. decis. 30. nu. 103 in 2. vbi omnes casus distinguit, & ponit, & præcipuè in fine vers. secundus est, dicit, quòd vbi quis super re propria imponit liuellum, vel censum, licet appellet contractum emphiteuticum, † minimè tamen ca- 45
dit non soluendo. Alber. in l. 2. nu. 13. & 16. C. eod. ibiq; Ias. nu. 41. & 45. quia inuestiens tunc nullum habet dominium. Borgn. vbi supra nu 104. Bursat cons. 16. num. 4. & 5. Nam sicuti in casu, quo quis cõcedit rem suã pro-

46 priam tertio sub nomine census si non soluit cadit,† nomine non attento,ex quo res cōcedentis propria est. Bal. in titulo de pace constant.in verbo pactiones numer 3. Ias.in l.2.sub num.41.C.de iure emphit. Valasc.de iure emphit.q 32.nu.28 in fine. Ita è conuerso supponens rē propriam in emphiteusim prætio recepto, cum illa non dependeat à concedente,sed à recognoscente , non debet cadere,& propriè iste dicitur contractus censualis, quia
47 † census soluitur de re propria , & canon de aliena. Abbas in cap.constitutus de religios.dom.
48 Contractus emphiteuticus est† valde grauis,& onerosus: quia propter non solutioné res aufertur,nec potest sine consensu alterius alienari : ideo huiusmodi contra-
49 ctus non præsumitur initus , † nisi euidentissimè appareat. Euidentissimè aūt apparere dicitur, quando imponitur pensio soluēda pro recognitione dominij , iuxta not.per Bart.& DD.in l.1.C.eod. Ista sunt verba Nattæ cons.3.nu.3.

Et si instrumentum diceret, quòd cōcessa est res pro annuo censu in emphiteusim, adhùc illa nō dicitur emphiteusis,sed census,& verbum emphiteusis stat largè,& impropriè. Imol.in d cap ad audientiam col. 2. de reb. eccles. non alienan. Natt.d.cons.3.sub nu. 2. ergo multò
50 fortius si instrumentum diceret in liuellū, † vel in affictum, aut censum,& non adesset reseruatio dominij debet dici,quòd contractus non sit emphiteuticus. Bellon. cons.21.nu.7.& 8. Bald.in dicto verbo pactiones nu. 3.
51 Amplius,℞ verbū istud liuellus† in patria mea sit analogum,& æquiuocum, patet. Nam vbi quis liberè alienat prædium,vel domum suam,& quia emptor non soluit integrum prætium,præstat quotannis liuellos.Burs. toto cons.11. & ita debitores vulgò appellantur liuella-
52 rij,& tamen in isto casu nō datur aliqua caducitas, †nec deuolutio,vt satis perspicuum est. l.in ciuile vbi Bald.& alij.C.de rei vend.Castr.in l.Iulianus.§.offerri.ff.de act. emp.Natt.cons.171.& 219.nu.5.& in d.cons.3.inquit.℞ antiquitus sic contractus censuales celebrantur.

Adhuc præsumerem emphiteusim pecuniariam,quotiescunque in instrumento inuestituræ adesset pactū (vt

in

in pluribus legi)quòd emphiteuta,seu liuellarius assumpserit in se omnes casus fortuitos,tàm diuinos, quã humanos:itaut nunquàm excusari posset à liuello soluendo,cum nõ sit verisimile,ꝙ si emphiteusis vera , & propria esset,quòd pactum istud(quod satis à iure subintelligebatur.l.1.C.de iure emph.) appositum fuisset, verũ, quia pars vidit contractum, istum non esse verè emphiteuticum,nimirũ si sibi cauere voluit per dictũ pactũ qđ expressum magis nocet,quàm si tacitum fuisset. DD. in l.1. C.plus valere quod agitur. Grat.cons.15.num.30.in
2. Laderch.Imol.cons.210. nu. 2. & abundans† cautella 53
hoc casu nocet Corn.cons.23.ad finem in 3.

Item ex hoc pacto colligitur pensionem fuisse magnã habita ratione ad fructus, quia si fuisset modica secundũ veram emphiteusis naturam,appositum non fuisset,quia quilibet pręsumitur scire iura, & actus frustratorios facere nole.

Altera esset coniectura,ꝙ liuellus non sit dominicalis, sed pecunia constitutiuus, quando inuestitura cantaret
fundum fuisse concessũ†pro indiuiso. Multas.n. vidi in 54
hanc formam inuestituras,& prout in hac specie scrip-
sit Ruin. consil. 66. in 4. vbi † tenet contractum illum 55
Mant.celebratum validum,qui millies vsurarius erat.qa
ista est euidentissima vsurarij † contractus coniectura. 56
Bero.cons.166.num.14.15.in 1. Zecch.de vsur.c.13.fo. 961.vers.vel in confusò designatur fundus.Purpu.cons. 505.nu.9. Natt.cons.198. nu.8.in fine. Borgn.decis. 13. num.48.in fine.in 2.Cassan. cons.63.nu.6. Sed si fundus fuisset concedentis, nulli dubium,quòd magis expressè, fuisset designatus,potissimũ ab ecclesia, quæ in concedendo res suas infinitas adhibet solemnitates, & circunstantias. Nimirum ergo si præsumendum est contra illum,
qui†omnia in confusò narrat.Crauet.in 1.resp.pro gen. 57
nu.146.& in tertio respons. nu.38.Socin. cons.73.num. 6.in 1.213.nu.4.in 2.Machel.patroc.36.nu.4.Præt.cons. 80.num.30.cum seq.

Ideo damnandus est Paris.cons.59. in princip. & per
totum,& cons.seq.in 1.† vbi conatur sustinere cõtractũ 58
illum validum,qui vrgentissimis fœnoris suspicionibus

laborabat, tùm stante incertitudine rei emptæ, vt paulò ante demonstrauimus, tùm quia soluebantur sex ad rationem centenarij. Et pessimè etiam consuluit: quia emptionem separatim factam considerat, & de per se, & inuestituram quoque de per se, quod non erat faciendū, quia cum sequenti die facta fuerit; vt inquit in principio dict. consil. 59. consequenter ex breuitate temporis erat fraudulenta, & ille de Volea voluerat pecuniā mutuare, & cum sibi promissi fuerint sex pro centenario super re, quæ non erat sua, nec periculum ipsius rei ad Voleam spectaret, vt considerat in primis argumentis dict. consil. 60 sub num. 3. in fine, patet, quòd male consuluit, & quòd consilium illud reddiderit in causa Mant. dixit idem Parif. consil. 51 num. 3 & 4. in 1 Prout malè scripsit etiam in consil. 77. in 3. vbi eandem tenuit opinionem.

59 Eodem modo reprehendendus est † Natt. consil. 49. vbi in princip. similem ponit casum, & in consil. 194. nu. 12. & sequent & Boss. de remiss. mercedum. conduct. ad finem. num. 114. & Cattellian. in memorab. emphiteutæ regulariter. Cuman. consil. 65. titius locauit. in princip Burs. consil. 117 Cornaz. decis. Lucan 76. Et tandem quotquot scripserunt in hac materia, & tenuerunt contractum liuelli, & emphiteusis confectum mediante rei emptione validum, damnandi sunt. Et horum magis Borgn. decis. 32. num 55. in 2. ac decis. 13. num. 47. in fi-
60 ne. & 48. in 2. † vbi refert iudicasse contractum illum emptionis rei, cum emphiteusi deinde celebrata ad rationem octo pro centenario, cum eademmet persona vendente non fuisse vsurarium, sed validum: cùm imò verius sit illicitissimum fuisse, tùm ratione rei, tùm pensionis excessiuæ. Et eo fortius damnandus est: quia æquiuocauit in eo, quod cum in regione illa emerentur census, & annui redditus: vt inquit ad rationem octo pro centum, ideo pensionem illam non fuisse immoderatam,
61 quoniam scire debebat, quòd longè distat † contractus censualis, & annui redditus, à contractu emphiteutico. Lofred consil. 2. num. 14. sed ipse fretus iudicio Alexand. de Neuo consil. 85. Nimirum si lapsus est, vti & idem Alexan.

xan.qui in pluribus æquiuocauit, & à veritate aberrauit. Siquidem te u t ipse idem esse emere redditus alicuius fundi & celebrare emphiteusim, ex qua sibi aliqd soluatur, qđ quàm sit vnus contractus ab altero diuersus nemo ignorat. Emere .n. fructus † & redditus alicuius fundi, nihil aliud est, nisi cõtractus censuarius. Couar.lib.3.variar.resol c.7.nu.1.& 2.Menoch lib.3.præsump.107.nu.5.Crau consi.217.sub nu.4. Add.ad Afflic. decis. 80.nu.2 & seq Hinc, quod in Italia dicitur census in Gallia appellatur redditus. Et sic etiã in Patria Montisferrati.Surd. consi.162.Valasc.de iure emphit q. 32.nu.8. Quantum autem differat † contractus censuarius ab emphiteutico ponunt Couar. & Valasc. in præcitatis locis, ille sub nu.1.iste nu.31.& 32. cum seq. Menoch.lib.3.præsump.106.& alibi passim. 62 63

Adhuc magis damnandus est † Borg.d.decis.13. num. 48 in 2. dùm scripsit valere contractum, etiam si quis à principio vendidisset fundũ cum pacto: vt sibi esset concedendus in emphiteusim perpetuam, quia malè loquitur, & cõtra omn.s, cum imò ista sit coniectura ex principalibus ad ostendendum contractum fraudulentum, vt ipsemet Borgn dixit decis.2.nu.4.in 2. Zecch.de vsur. cap.13.col.fin.vers. & licet cum res venitur, fol. 966. 64

Ad illud verò, † quod dixit Paris.in citato consil.60. in 1.scilicet quòd emptor ille ex æquitate legis curabit.C. de actio.emp. debet lucrari fructus rei propter prætium solutum, nihil facit: quia istud procederet quatenus illa esset vera emptio, sed cũ fuerit simulata, & pignoratio falsum est.capit.ad nostram de empt.& vendit.vbi contrahens in fraudem vsurarum super fundo duplo fere prætij exbursati volente, non lucratur fructus, nec ẽt ad ratam disti prætij soluti, sed eos totaliter restituere teneatur. Ratio est: quia contractum illicitum, & vsurarium inire volens, nõ potest etiam pro vero interesse passo, & probato, aliquid ex illo consequi. Lup. Hispan. in cap. vestras.in notab. §.6.nu.9. de donation.inter vir. & vxo. Plot. de in lit.iurand.§.11.uum.16. Siluan. consi.10. sub nu.46. Neuiz.consi.74.nu.3.in fine. 65

Quartam subnecto coniecturam, quando quis domũ

haberet, & tota non esset obligata, sub hac liuelli, seu etiam emphitusis natura,& constaret, quòd vna pars nō reciperet commodam diuisionem ab altera: quia adhùc præsumerem rem illam non prouenire à concedente, sed per aliquem sic obligatam mediante pecunia,vt fie-
66 ri † solet. Calcan.cons. 27. sub nu.2.

Idem dicendum esset quoties constaret fundum huic oneri suppositum, esse in medio alicuius magni prædij, & iugera circumiacentia libera inuestiti, vel possessa à maioribus suis, nec in dicta regione inuestientem alias habere proprietates emphiteuticas.Calcan.loco mox citat.Multoties n.vidi miseros pecunia indigentes, cōferre electionem bonorum sub ugandorum in personas se-
67 cū contrahentes,† quæ ideo eligunt bona prætiosiora, & vberiora patrimonij futuri liuellarij, quod detestandū est.Cepol.de simul.contract.præsump. 15. nu. 137. Menoch.lib.3.præsumpt.122.nu 83.. & Cepol. loco citato. præsumpt.2. nu.64. dicit, quòd ex qualitate rei colligi
68 potest, † quòd quis non habuerit voluntatem à principio vendendi rem suam, vt quia res sibi esset præciosa, vel maiorū suorū. Item si haberet alias proprietates minus sibi vtiles.Cepol.d.præsumpt.15.num.137. Vel si ex re vendita colligeretur residuum aliorum bonorum esse sibi inutile.Barbat.cons. 22.colum.3.nu 8. in 4. Rip. cons.18. sub nu 21.de oblig in 2. Laderch. Imol. cons. 132.sub num.5. Borgn. decis.32.sub nu.65.in 2.

Nec obijciatur conclusioni per nos supra firmatæ, quod imò potest etiam esse, quòd bona prouenerint à concedente,& inuestiente, vt quia donata, legata,aut alio modo acquisita,vel legitime assignata fuerint, & postmodū alteri ad liuellum concessa Moder. Paris de vsur. sub nu. 213. Quia repondeo,quòd ista sunt possibilia, sed nō probat hoc esse,quod ab hoc contingit abesse. Facilè esset hæc probari per instrumenta, testamenta, vel alia
69 documenta, † quæ præsumuntur adhùc esse penès inuestientem, maximè si bella, & destructiones non contingerunt.Borgn. decis. 32.in fine in 2. Crebriores sunt
70 isti cōtractus,† mediate pecunia:quia quotidie celebrantur.Ias.in l.rogasti.§.si tibi.nu.6.ff.si cert. peta. Vrsil.ad Afflic.

Afflic.decis.40.nu 14.March.Mant.consf.221.numer.25. in 2.& diximus supra in Quæstio. 1.sub num. 1. Non sic donationes,& legata in proprietatibus, & fundis, vt experientia videmus. Et † actus potius secundum frequentiorẽ vsum interpretationẽ recipit,quàm ex minus 71
frequenti Valasc.de iure emph.q.32.nu penul. & vlt. & contractus liuelli præsumitur celebratus secundũ generalem consuetudinem, qua solent similes contractus fieri, Corn.cons.122. numer.17.18.in 2.Hinc.Natta cons. 497.sub nu.15.dicebat,quia non sit prouisio hoies indies audaciores † reddunt,ad celebrandos similes, cõtractus. 72

Alteram superaddo coniecturam dignoscendi emphiteusim pecuniariam, & impositítiam,ex qualitate rei:vt quia constaret rem pluris valere respectu pensionis annuæ,nam qui vult dicere melioratam fuisse,& si hoc tẽpore plus valere,probet:qa melioramenta nõ præsumũtur. Et licet † res censeatur iusto prætio empta. Alex. 73
cons.28.colum.1.in 5.Corn.cons.241.num.7.in 1. secus tamen est in his contractibus,qui imò consueuerunt celebrari infra iustum prætiũ Non enim soluuntur quingẽti aurei,qn fũdus ad minus valeat septingẽtos,quia dicũt quòd pactum de affrancando, & retrouendendo diminuit de rei valore, saltem in tertia parte, vt supra vidimus in Pacto 1.num.1.Vnde his stantibus,& consuetudine sic contrahendi non potest dici, † quod emphiteusis etiam antiquissima fuerit iusto prætio constituta:Hoc 74
modo enim plura supponerentur absurda. Primò,q̃ quis emisset fundum valoris mille pro tanto prætio, & quòd illum cõcesserit vẽditori in emphiteusim,seù liuellũ pro quindecim, aut viginti annua, quod nullo modo auribus consonat, quoniam ista esset aperta deterioratio, nõ melioratio, præcipuè in ecclesia,quòd non est dicendũ. Si verò diceretur, quòd res iusto acquisita sit prætio deindè concessa venditori pro modico liuello:vt qa in eius cõstitutione soluerit aliquid cõcedenti,prout antiquitus obseruabatur Bart.& alij in l.1.in princip.C.de iure emphit.Surd.decis.198 num.21.Respondeo, quòd nec istud mihi probabile est,cũ mæra videtaur impostura,q̃ quis pro aliqua re prætiũ soluat,& deinde illius pars restituatur.

tur. Et tandem notorium est, quòd isti contractus non ita celebrantur, sed secundum formam in prima Quæ-
75 stione præscriptam, † & qualis est practica, & consuetudo de præsenti, talis præsumitur, quod antiqua fuerit. Bal. co. s. 205 Iacobus sub num. 1. in 2. Menoch cons.
76 109. num 27. vbi qui hodie vsurarius est: † talis retroactis temporibus fuisse præsumitur. Crauet cons. 73. num. 89 cum sequent. Rim. Sen cons 450. num. final Potissimum in eisdemmet personis, vt sunt confratriæ, quæ
77 numquàm pereunt. † c. si religiosæ de rescript. in 6. Castren. cons. 290. sub num. 4. in 1. & in l. iubemus in fine. C.
78 de sacrosant. eccle. sicut prælatus, & † successor eadem est persona ratione officij, & dignitatis. Natt. cons. 517. num. 4. Couar lib. 2. variarum resolut. cap. 15. sub num. 6. vers. tertiam. Rot. Floren. decis. 69 nu. 2. ideo ille præsumitur velle paruo prætio emere, quia id fieri consuetum est. Natt. cons. 379. verba num. 7. Afflict. in cap. 1. sub num. 51 titulo de feud. dat. in vic. leg. commissi. Et si sic contrahunt hoc tempore, in quo habemus Bullam Pij V. quæ expresè vult, quod prætium in censibus, & annuis redditibus sit iustum, quanto magis id faciebant ante illius constitutionem?

79 Ideò si emphiteusis sit ita antiqua, † vt ignoretur quanto prætio à principio empta fuerit, in dubio tenendum est, quòd empta fuerit habita ratione ad liuellum, qui soluitur: quia in dubio liuellus reducendus est ad debitam considerationem æquitatis, & proportionis, & sic, quòd tantum sit acquisitum quantum proportionatur ad liuellum. Bald consil. 109. Ad sciendum in 4. Modern. Paris. cons. 10 num. 10. & 18.

Ex quibus infero septimam coniecturam dignoscen-
80 di emphiteusim † pecuniariam. Nempè ex pacto affrancandi per assignationem alterius proprietatis, ex qua commode percipi possit ipsemet liuellus annuus, cum quinquè solidis de pluri pro melioramento: quia aperte colligitur, quod res non fuit originaliter inuestientis, & quod magna etiam sit pensio.

Aut enim quis à principio concessit rem sterilem, & infructuosam cum modica pensione, puta ducatorum.

Et

Et tunc si illa meliorata in centuplum, emphiteuta vellet assignare alteram rem, posset hoc facere, emendo, vel supponendo rem valentem ducatos quadraginta, aut quinquaginta: quia ex illa re commodè percipi posset dictus liuellus ducatorum duorum, † vt sic iudicauit Senat. Mant. & benè vt supra diximus in Pacto 8. num. 14. 81

Et sic patet hoc casu, quòd non possumus dicere rem prouenire à concedente, seù inuestiente, quia si hoc verum esset, & cogitauerit indè rem meliorari posse, & ad meliorem formam, & statum edduci, profectò nunquam fecisset tale pactum sibi, tàm præiudiciale.

Aut verò quis à principio concessit rem grandem, & fertilem pro modica pensione, vt puta pro duobus ducatis, cum valeret quingentos, aut plus. Et tunc dico, quod non est verisimile, quòd istud pactum factum fuisset, ex quo euidentissima læsio, & iactura fuisset. Cogitare enim poterat, † quòd erat in facultate emphiteutæ illicò se liberare. Bocc. decis. 183. num. 14. assignando fundum alterum longè minoris valoris: quia dummodo inuestiens percipere potuisset commodè de liuello dictos binos ducatos nihil plus prætendere potuisset, stante expræssa conuentione, quæ seruanda est, potissimum in istis contractibus. l. 1. 2. & 3. C. de iure emphi. & ibi amplè scribentes. Igitur ad effugiendas has absurditates dicendum est, quòd inuestiens ideo fecerit hoc pactum: quia res ab ipso non proueniebat, sed ab inuestito. Item quòd pensio ipsa fuerit magna, & proportionabilitèr tanto prætio empta: vt proximè diximus num. 78. quia nemo præsumitur tàm supinus, vt ius suum iactare velit; prout illem faceret, si res proueniret, & originaliter descenderet ab ipso concedente, quod non præsumitur. Alber. in l. si quis in suo. C. de inoff. testamen. 82

Ideò Confraternitates, & Congregationes cōfiderantes præiudicium istud, solitæ sunt hoc tempore concipere pactum, quòd affrancatio fiat per æquiualentem proprietatem. Sed cautelia ista adhùc non opitulatur, nec tollit fundamentum nostrum, quia statim subijcitur, eū quinquè solidis de pluri pro melioramento, † & veritas est, quòd à paruo tempore citra adinuentum est pactum 83

æqui-

æquiualentis affrancationis, quòd non valet, tùm per ea, quæ scripsimus in Pacto 8. num. 12. tùm per alia deducta in Quæstione seq. num. 26.

## SVMMARIA.

1 *Contractus principalis emptionis si non valet, nec et is liuellarius qui subsequitur.*

2 *Cadens ab inuestitura, cadit à pacto francandi in ipsa apposito.*

*Quod procedit in vera, & propria emphiteusi, aliàs secus. num. 3. & num 5.*

4 *Corbul. & Bergnin. reprahenduntur.*

6 *Pactum francandi, est pars primi instrumenti venditionis. & num. 8.*

7 *Liuellarius contractus est primus in intentione, licet vltimus in exequutione.*

9 *Pacta incontinenti apposita insunt ad agendum, & excipiendum.*

10 *Cadens ab inuestitura, non cadit à pacto francandi, etiam si longè post instrumentum venditionis confectum fuisset.*

11 *Pacto de affrancando, vel redimendo nunquàm praescribitur: quando contractus potest esse suspectus.*

12 *Temporis lapsus nō praeiudicat creditori redimenti, in pacto legis commissoria.*

13 *Pactum de francando appositum separatè, non in instrumento venditionis, arguit fraudem, & num. 15.*

14 *Pactum de francando praesumitur vsquè à principio, de illo actum inter partes.*

*Et factum in exequutionem praecedentis contractus. num. 16.*

17 *Bergn. decis. 37. num. 12. in 3. reprehenditur.*

18 *Affrancatio debet fieri inspecto valore rei, tempore francationis.*

19 *Laesio in eo non consideratur, si damnum praeuidere potuit.*

20 La-

20 *Læsio consideratur tempore contractus, non quod post contingit.*
21 *Emphiteuta spectat tàm deterioratio, quàm melioratio.*
22 *Læsio dependens à futuro euentu non est considerabilis.*
23 *Prælatus potest in iure quærendo, ecclesiæ præiudicare.*
24 *Læsio non consideratur, in actu sic fieri solito.*
25 *Pactum de affrancando per assignationem alterius proprietatis, ex qua idem liuellus percipiatur, validũ. & num.* 17.
26 *Liuellarius potest ad rationem quinquè pro centenario fundum affrancare, non obstante pacto de altera re assignanda.*
27 *Liuellarius non dicitur, sed debitor, vendens, & deindè recipiens rem ad liuellum.*
*Ideo facto deposito pratij, statim res liberatur numer.* 28.
29 *Liuellus soluitur habita ratione pecuniæ, non respectu dominij. & num.* 33.
30 *Liberatio per assignationẽ proprietatis, quomodo hodie fiat.*
31 Contractus *linelli hodie est propriè censualis, sed iunctis pactis redditur vsurarius.*
32 Recipiens *bona propria in emphitensim, pratio recepto, si non soluit, non cadit.*
34 *Pensio magna, magis præponderat.*
35 *Surd. decis.* 198. *num.* 19. *reprobatur.*
36 *Pensio an sit magna, vel parua attenditur tempus cõcessionis.*
37 *Fructus prouenientes ex industria, & meliorationibus emphiteuta, non habentur in considerationem respectu domini.*
38 *Affrancatio quanto pratio fiat in vera emphiteusi.*
39 *Inuestitus de gratia speciali, an possit opponere contractum adhùc inualidum.*
40 *Pecuniam recipiens vt quis faciat, quod gratis facere*

*cere debet turpiter facit.*

41 *Inuestitura facta tamquàm de re deuoluta, quæ non erat, non valet*

*Et facta ex causa falsa, non tenet. nu. 42.*

43 *Inuestitura facta illi, qui rei dominus est, non valet.*

44 *Hæredes quicunque possunt remedio recuperandæ cõsequi bona liuellaria deuoluta, vel per caducitatẽ occupata.*

45 *Ecclesia non probans euidenter bona à se prouenire, nunquam caducitatem intentat. & nu. 49.*

*Nec deuolutionem num. 46.*

47 *Origo contractus attenditur.*

48 *Bona pretio recepto effecta liuellaria, non sunt ecclesiastica, sed remanent priuata.*

50 *Dominium nõ trãsfertur ex contractu suspecto de vsuraria prauitate.*

51 *Præscriptio non currit ad rem recuperandam, in contractu de vsura suspecto.*

52 *Ecclesia tenetur ad restitutionem fructuum in istis contractibus suspectis.*

*Et veniunt à die perceptionis illorum. nu 53.*

54 *Contractus vbi ius resistit, fructus non acquiruntur.*

55 *Pensio soluta in pecunia, ipso iure extenuat sortem, in istis contractibus.*

56 *Pignus iniustè venditum per creditorem, potest è manibus cuiuscunque recuperari.*

57 *Pactum de francando afficit rem.*

58 *Sententia non obstante, quæ dictũ fuerit caducitati, vel deuolutioni locum fuisse, adhuc res liuellaria recuperari poterit.*

59 *Contractus vsurarius sententia confirmari nequit.*

*Nec partium consensu validari. nu. 70. 73.*

*Nec transactione. nu. 74.*

60 *Exceptio rei iudicatæ non obstat, quando nouo iudicio agitur.*

61 *Sententia in causa vsuraria, non parit exceptionem rei iudicatæ.*

62 Con-

62 *Contractus isti linellarij, etiam ante Bullam de censibus erant fæneratitij.*

63 *Intellectus ad Bullam de censibus, quatenus dicitur in illa, quòd non trahitur ad præteritos contractus, & nu 67.*

64 *Contractum liuellarium pecunia cōstitutum non reformans tenetur.*

65 *Verba Bullæ de censibus, sunt præceptiua, quamuis dicant hortamur contractus esse reformandos.*

66 *Contractus liuelli pecunia constitutus, nullo modo reformandus. Etiam si ante Bullam de censibus confectus fuisset. num. 67.*

68 *Contractus ubi est usurarius non est opus quòd noua lege prohibeatur.*

69 *Successor singularis potest opponere contractum liuellarium, esse in fraudem usuræ confectum.*

71 *Contractus simulatus non potest ratificari.*

72 *Contractus usurarius, seu in illius fraudem, per solutionem factam non approbatur.*

## QVAESTIO IIII.

*An cadens ab inuestitura cadat à pacto francandi.*



IS proxima est quæstio illa, an cadens ab inuestitura cadat à pacto francandi. Quæ licet ex suprascriptis resoluta videatur: quia si ostendimus, quòd inuestitura, & principalis contractus non tenet, consequenter, † nec pactum francandi tanquam accessorium. Plot. cons. 97. num. 1. Lader. Imol. cons. 132. in fine. 1

Attamen vt nullus remaneat scrupulus placet de illius veritate inquirere: multi enim lapsi sunt, & erroneæ prolatæ fuerunt sententiæ. Et conclusiuè procedendo cōmuniter affertur distinctio huiusmodi. Quòd aut pactum de affrancando, & redimendo reperitur in eodem instrumento inuestituræ appositum, aut in alio separa-

to.

to. Primo casu cadens ab inuestitura, cadit à pacto frã-
2 candi. † Secundo verò casu minime, ita Cepol. de simul. contract præsumpt. 2. in fine num. 68. & 79. Cephal. cons. 370. num. 91. 97. & 98. latè Corbul. de cauf. priuat. ob non solut. ean limit. 38. vbi num. 3. dicit Rotam sic iudicasse; Prout fertur etiam Senatum Mant ita sensisse in causa Berina, & Fugacina. Borgnin. decis. 16. sub num. 26. in 2. decis. 37. fuit dictum à numer. 9. vsquè ad num. 13. in 3.

3 Hæc opinio tenenda est † in emphiteusi scilicet vera, & propria, & originaliter concedentis, sed quatenus Doctores intellexerunt illam quoquè procedere in emphiteusi mediante rei emptione celebrata, & cum venditore inita, malè loquuti sunt. Vt in his terminis; Corbul. & Borgnin. in citatis locis. Qui ideò damnãdi sũt,
4 † & ita voluerunt Modern. Paris. in addit. ad Alexand. cons. 228. sub num. 5. in 6. Vbi dicunt, quòd cadens ab inuestitura, cadit à pacto francandi quando illa facta est
5 † à proprio, & vero domino rei. Secus si quis vendidisset fundum suum, & eundem recipisset in emphiteusim cum pacto redimendi ad certum tempus, vel in perpetuum: quia tunc cadens ab inuestitura, ob non solutum canonem, vel aliter, non tamen caderet à pacto francan-
6 di, & redimendi: quoniam illud pactum, † est pars venditionis, & reffertur ad primum venditionis instrumentum. Vnde licet secundum factum, sit non officit huic iuri redimendi. Et ita tenent ijdem Paris. in addit. ad Dec. in l. in bonæ fidei. num. 11. C. de pact.

Confirmat hanc opinionem. Franch. decis. 267. nume. 7. & dicit consilium Neapol. sic iudicasse: quia vbi quis concedit rem propriam tertio in emphiteusim, cum pacto francandi, dicit legem quam vult rei suæ, qua non adimpleta omnia corruunt: & res de facili reuertitur ad suam pristinam naturam. Et ita procedit contraria opinio.

Quando verò ab alio emo, & posteà eidem concedo in eodem instrumento, vel altero, rem in emphiteusim cũ dicto pacto, licet concessio, & potestas attrancandi sit
7 vltima in executione, est † tamen prima in intentione.

Vn-

Vnde si vnum amittitur,alterum remanet.l.si chorus. ff. de seruit.præd.vrb.

Similiter Cagnol.in l.2.nu.167.C.de pact. inter empt. & vend. retento eodem themate vendentis,& deinde in emphiteusim recipientis distinguit,quòd aut pactum est appositum in instrumento venditionis,& cadens ab inuestitura nō cadit à pacto: quia est pars venditionis:Aut verò est appositum in instrumento inuestituræ, seu locationis incontinenti post celebrato,& † tunc idem:quoniam gratia præcedentis venditionis factum censetur. Idem Cagn: infra nu.228.dicit, quòd vbi pactum de affrancando factū est ad partem extra instrumentum venditionis,efficax est ad agendum, si incontinenti post fiat: quia ab illo robur accipit. Pacta enim incontinenti apposita† insunt ad agendum, & excipiendum. Bald. in l. auia. nu 15. C.de iure dot. At de stilo semper incontinenti celebrantur istæ inuestituræ cum hoc pacto post instrumentum venditionis, vt supra vidimus quæst. 1.in princip. 8 9

Eandem opinionē tenuerunt Gozad.in dict.l.2.num. fin.C.de pact. inter emptor & vendit. Machel. Patrocin. 7.nu.12.13. Lanc.Gal.cons.40.num.14. Dec. in l. bonæ fidei.nu.11.C.de pact. Menoch. de arbitr. iud. casu 276. nu.20. Et indistinctè verissima est, siue incontinenti, siuè † longè post seorsum factum fuerit instrumentū cum isto pacto:vt benè dicunt Modern.Paris.in præcitatis locis. Ex quo pactum istud præsumitur vsque à principio tempore venditionis rei fuisse in mente partium: vt dicam infra nu. 14. & ideo dicitur habere necessariam dependentiam ab illo, & venditorem non fuisse aliter venditurum,nisi cum isto pacto l. fundi partē.ff.de contrahen.empt. Surd.cons.117.nu.1. & 20. & supra diximus quæst.1. nu 15. quo casu cadens ab inuestitura non cadit a pacto francandi. Gozad.in d. l.2.nu. fin. vers. secunda est conclusio.C.de pact. inter empt.& vend. 10

Confirmantur ista, nam quotiescunque ex aliquibus coniecturis constare pōt contractū esse suspectū de vsuraria prauitate † nunquā amittitur facultas redimendi,& recatandi. Barbat.cons.51.colum.10 & 11.in 2.Balb.de 11

præscript part.4.quintæ part.princip.q.3.nu.fin. Socin. Iun.cons.104.nu 3.in 3. Gozad.cõs.28.num.24 Albens. cons.148.nu.7.Gomez de empt. & vend.tom.2.c.2. sub nu.28.vbi citat Roder. Tiraquel.de retract.conuent.§.1. glo.2.num.53.Rot. Auen.decis.129. num.9. Surd.decis. 34.nu.5.Magon decis.Lucan.77.nu.18.Corna.decis.Lucan.41.nu 6.Valasc.decis.70.nu.fin Ioseph.Ludou.conclus.51.col.9. vers. & quando. Ratio est euidentissima quia contractus hoc casu præsumitur pignoris, & non venditionis capit.ad nostram. de empt.& vend. cap. illo vos de pignoribus,& ibi omnes. At lapsus temporis nõ
12 præiudicat † creditori redimenti:quia pactum legis cõmissoriæ in pignoribus reprobatur.l.1.in fine.C.de pact. pignor.glo.in l. Emilius.ff.de minoribus,ergo &c.

Amplius pactum de affrancando, vel redimendo appositum in inuestitura, & non in ipso primo instrumen-
13 to emptionis,†ille primus cõtractus redditur suspectus, vt p omnes in cap.ad nostram de empt.& vend. Alexan. cons.54.circa primum. colum.1.vers. concurrit, & alia in 6. Ruin.cons.16.num. 10.in 4.Ceph.cons. 198. num. 20. diciturque factum calidè ad hoc vt cadens ab vno, caderet ab alio. Cepol.de simul.contract.præsump.2.ad fin.sub nu. 79. Quæ astutia hoc tẽpore nõ proderit:quia contraria procederent in vera,& propria emphiteusi,nõ in ista,quæ nullo modo talis nominanda est,sed contractus vsurarius: quia pactũ hoc de retrouendendo, & af-
14 francãdo,† præsumitur vsque à principio fuisse in mente partiũ. Anchar. cons.162 præmittendũ est.vers. nam ex prærordinatione partiũ.Cepol.de simul. contract. nu. 22.23.latissimè Barbat cons.72.nu.15. in 4. Decian.cõs. 28.nu.12.15.& 17.in 5. Franch.loco citat.etiã si ex interuallo postmodum celebratum fuisset inuestituræ, & in illo appositum.Rota Auen.decis.38.nu4.& 5.Tiraq. in præfat.de retract.conuen.nu.9.Crau.cons.156.sub nu. 17.18.Rip.cons.18.sub n.14.de oblig.in 2. Ludo.Bolog. cons 25.col.2. Menoch.cons.109.nu.34. Barb.dict.cons. 72.sub num 20.in 4. Borgn.decis.13 nu. 27.in 2. Et ad
15 tegendam fraudem, † & simulationem ita separate factum. Cuman.inter cons.Alexan.119.nu.5.& 120.nu.3.
in 4.

in 4. Corn.cõſ.23. in fin.in 3 Crau.loco citat.Tiraquell. vbi ſupra nu.8.Cephal.conſ.198.nu.10. Paſet. conſ.70. nu.2. Et re vera celebratum † in exequutionem præcedentis cõtractus venditionis. Butr.conſ 22.ſub nu. 4.verſ. ſed poſito.Crau.cõnſ.135.nu.11.12 Honded.cõſ.31.nu. 41.in 2 Gemin.conſ.16.ſub nu.3.Rota Auenio.deciſ.38 nu.4. & 5. Borgn. deciſ.13.nu.27. in 2. & eſt pars ipſius contractus,non ſecundi. Bellon.conſ 27.ſub nu.11.12. 16

Malè igitur ſcripſit† Borgnin. ipſe d.deciſ. 37. nu. 12. in 3. Vbi valdè exagerans contra pactum, quò quis per aſſignationem alterius proprietatis, ex qua idē redditus percipitur,ſe liberat, inquit illud diabolicum, & tanquã valdè eccleſiam lædens attendi nõ debere:quia affrancatio debet fieri inſpecto valore rei † tempore ipſius affrancationis. Menoch.conſ. 287.nu 50 & ſequent. non habita ratione ad liuellum: Aliàs eccleſiæ conditio deterior fieret,cum poſſet dari caſus,ꝙ res meliorata fuiſſet, vel etiam curſu temporis valor eius auctus. 17 18

Ego autem contrarium tenerem ſtante pacto in inueſtitura appoſito,quod omninò ſeruandum eſt, in materia emphiteutica, etiam ſi ſit contra propriam eius naturam. Doct. omnes in l.2.per illũ textum.C.de iur emphit. Poterat .n. eccleſia facilè illud cogitare, quòd melioraretur; quia expræſsè rem ſic conceſsit ad meliorandum: vt ſemper dicitur in inſtrumentis. Et ideo læſio hoc caſu non eſt in conſideratione. † quia damnum futurũ præuidit,& præuidere potuit. Dec.in l.fi.nu.3.C.de tranſact Iacob. Emil ian conſ.56.num.7.Alexand.conſil. 112.nu.4.in 1.Gozad.conſ.74.nu.5.Socin.conſ.136.nu. 12.in 2. Menoch. verò nihil facit,ſed loquitur in pacto totaliter diuerſo,& contrario, nempè,quòd affrancatio, ſeu permutatio fieri deberet cum alijs bonis eccleſiæ vtilibus. 19

Iem eſſet quatenus ſimpliciter factum eſſet pactum affrancandi: quia in dubio intelligeretur cum bonis æquiualentis valoris, & inſpecto tempore ipſius permutationis. Secus hic: quia ſumus in claris, & debitum eſt antiquum. Quo caſu inſpicitur æſtimatio temporis primi contractus. Alex.conſ.39.nu.8.in fine in 2.

L 2 Pix-

Præterea negatur ecclesiam lædi : quia à principio,&
20 tempore contractus interuenire debet, † aliàs quicquid
exindè contingit,non curatur. l.ex lege,& ibi omnes C.
de vsur. Alex.& alij in l. fin.C.de in integr.restitut.min.
Becc.consil. 3. sub nume. 19. Gama. decis.323. nume.1.
& 2. Ideo à principio cogitatum fuit, quòd tàm pote-
rat res meliorari, quàm deteriorari, & totum cedebat
damno emphiteutæ,non autem ecclesiæ,quæ vult inte-
grum eius liuellum, & pensionem à principio conuen-
tam,non diminutam,licet res diminuatur, casmate, in-
cendio,aut ruina:quia sufficit, vt area remaneat,vt vidi-
mus supra in Pacto 6.nu.4.

Igitur si emphiteua nunc vellet se affrancare per assi-
gnationem similis proprietatis, non cogeretur ecclesia
illam recipere tamquàm deteriorem, sed diceret velle
fundum talem,ex quo commodè percipere posset cano-
né à principio conuentum, quòd ex isto ità deteriorato
& casmate diminuto non posset: Non ergo ecclesia pe-
tat id in casu meliorationis, cuius cõtrarium in casu de-
teriorationis postulatura non esset: quia sua non inte-
rest,cum tàm deterioratio, quàm melioratio spectet ad
21 emphiteutā † non ad ecclesiam dominam.l.1.in fine.C.
de iur.emphit. Ista læsio, si talis appellari licet, pendet
22 à futuro dubio euentu, quæ † ideò ecclesiæ præiudicia-
lis non est. Perna de feudis notab.4. nu.44. vers. & dato
quod ius. Abbas in cap.1. num.23. versic. 2 conclus. de
dolo,& contum. Et in omnem casum, est ius futurum
23 ecclesiæ quærendum,† cui prælatus solus longè ante re-
nunciare potest.Bartol.& alij in l.iubemus nullam.C.de
sacrosanct. eccles.Abb.in cap.tua.ad finem.de his quæ fiũt
à prælat.sin. consen. cad. Ias. in l.filiusfam §. diui in 1.
lectura.nu.81. de legat. 1. Sic semper solitũ fuit in inue
stituris huiusmodi pactũ affrancationis apponere;nulla
habita cõsideratione,an res meliorari posset, necnè,ideo
24 læsio considerari non potest, † in actibus fieri solitis, ex
more regionis.glo in dicta l.fin. & ibi Alexand. C.de in
integr.restitut. minor.Capic.decis.159.nume. 8. Ceph.
consi.146.num.27.Bursat.consil.356. num.24.25. Potissi-
mum,quia multa contingere etiam possunt,quòd affran

catio

eatio non fiat. Amad. de Pont.capit.1. nume. 63. titul. qui feud dar.poss.Non sic dixit Brun. cons. 41. sub num. 18 versic.tertio quia verba pactum istud esse diabolicũ: sed validum supponit, † & tamen in emphiteusi eccle- 25
siastica loquutus est. Si igitur ista procedunt in vera, & propria emphiteusi dominicali, & fundiaria: Fortius in istis imposititijs, pecunia, & pretio constitutis, vsque adeò, vt non obstante dicto pacto vnusquisquè potuerit recuperare bona sua, & redimere pro eodemmet prætio,
† & cogi poterit confraternitas, & ecclesia ad illud re- 26
cipiendum. Modern. Parisiens. cons. 10. num. 10. & 18. Bertaz.cons.c imin.129. in fin.& cons. 131.num fin.Bero in cap.ad nostram.num.23. de empt. & vend. dicens, quòd iste non potest appellari emphiteuta, nec libella-
rius, † sed debitor, & res pignorata, quæ ideò facto de- 27
posito prætij, statim † liberatur fundus. Borgnin. decis. 28
16.num.6.12. & 49.in 2.& in dubio magis fauendum est repetitioni, quam aduentitio lucro.l. non debet auctori. §.in re obscura.ff. de regul. iur.

Ex hoc pacto affrancandi iam satis colligitur quàm absurdum sit dicere, quòd soluatur canon, & pensio in
recognitionem dominij, sed benè † respectu pecuniæ re- 29
ceptæ, ad quam confraternitas principalem rationem habet vsqueadeò, quod si emphiteuta vult se affrancare, principaliter conuenit cum illo: vt alteram assignet proprietatem, ex qua percipere possit canonem iam conuentum, non diminutum, sed auctum: non difficultèr, sed commodum, & exigibilem: Et tamen ille tertius, qui assignat proprietatem nõ potest dici, quòd soluat in recognitionem dominij rei: quia in illa re Confratria nullum vnquam habuit dominium.

Videmus enim hoc tempore, † quòd emphiteuta vo- 30
lens se liberare, dat pecuniam tertio, qui in eodẽ instrumento promittit soluere liuellum, seu canonem congregationi & postmodum congregatio, & Confraternitas ipsum inuestit de re illa. Vnde si quis diceret hoc casu, quod iste secundus liuellarius solueret canonem in recognitionem dominij ridiculũ esset: quia res illa nũquàm fuit ecclesiæ, sed propria ipsius obligantis, & supponentis, &

31 pro pecunia recepta soluitur siue illum ecclesiæ; Quo fit,† vt contractus iste potius dicatur cēsualis. Dec.cons 163. col.2.vers. quæ omnia constat.vbi dicit,quòd dans bona sua ꝓpria in permutationē aliorū bonorū sub annua pensione, ille appellatur cōtractus cēsualis nomine emphiteutico,& liuellario non attento, & quòd siuè alienet
32 †siue non soluat,nunquàm cadit. sequitur Neuiz. cons. 92.sub nu.41. Valasc.decis.35.

Similiter Brun.cons.41. sub nu. 18 ad dignoscendū,
33 quòd pensio magna † non sit constituta in signum dominij,honoris,& præeminentiæ domini,sed tantū commodi pecuniarij,considerat pactum istud, vbi in inuestitura conuentū est, quòd quotiescūq; vassallus, vel emphiteuta assignaret fundum aliquem,ex quo verisimiliter percipi possit pensio,quæ soluitur,posset se liberare : ex quo enim tale pactum tendit ad liberandum vasallū, & emphiteutam à subiectione:nihil considerat dominus nisi quòd pensionem percipere possit, & subdit Brunus nu. 35. quòd licet feuda principaliter cōcedantur oḃ amorem, & honorem domini. Attamen quādo magnum
34 quid soluitur,†magis præponderat commodū pecuniariū:quàm honor domini. Aret. cons.55.nu.4. ad finem. Rot.decis.nouiss.564.num.2.in 1.

Parimodo dico, quòd pactum istud affrancandi per assignationem alterius proprietatis, ex qua commodè percipi possit liuellus,cum quinque solidis de pluri pro melioramento,ostendit, ꝙ res à principio fuerit ad rationem quinque pro centum concessa,& quòd tantū valuerit:quia si plus valuisset, non est aliquo modo verisimile.quòd tale pactum celebratum sic fuisset, vt supra etiam diximus in Quæstione 3. num.78.79.

Iccircò malè iudicatum fuit in causa Donata, & Cer-
35 ruta,de † qua per Surd. decis. 198. quia licèt tempore incendij ex domo domini Cerruti perciperetur magnus affictus,habita ratione ad liuellum, seù canonem, quem annuatim præstabat domino comiti Donato, vt inquit Surd.eodem loco sub num.19.vers. ad quantitatem. per hoc tamen non concludebatur., quòd eundem affictum perciperet tempore concessionis : quia istud tempus atten-

ten-

tenditur ad dignoscendum, † an pensio sit correspondẽs fructibus, non futurum. Ruin. cons. 157. num. 16. in fi. & sub num. 23. cons. 50. num. 1. in princip. cons. 161. num. 25. & sub num. 29. in 1. Rimin. Iun. cons. 160. sub num. 12. cons. 461. num. 29. Rip. in l. 1. nu. 1. ff. de priuil. credit. Valasc. de iur. emphit. quæst. 1. sub num. 3. vers. sed hæc sua ratio Borgnin. decis. 46. num. 25. in 1. Non ergo consideratur, an de præsenti res emphiteutica plus reddat quia illud potest contingere, vel beneficio temporis Rip. cons. 13. num. 1. de obligat. in 2. vel ob melioramenta, industria emphiteutæ prouenientia; quæ ideò spectant ad ipsum. cap. ad aures de rebus eccles. non alienand. & ideò nec ipsa, nec eorum fructus habentur † in considerationẽ, respectu personæ domini directi. Frãch. decis. 191. num. 11. & num. fi. Cuman. cons. 57. Valasc. de iure emphiteu. quæst. 1. sub num. 19. 36 37

Et multo magis hæc vera sunt: quia illa non erat emphiteusis, sed contractus locationis ad longum tempus, ex quo factum fuerat pactũ, quòd quandocunque Dom. Cerrutus solueret mille libras, domus esset sua, & propria. Et sic clarè colligebatur, quod res illa fuerat à principio cõcessa ad rationẽ quinque pro centum Et quòd illa erat iusta rei pensio, aliàs tale pactum factũ non fuisset, ad tradita per Borgnin. decis. 33. quamuis num. fin. in 3. Vbi in veris contractibus emphiteuticis † soluuntur pro affrancatione, & liberatione, ad rationem trium pro centenario, & ad plus tria cum dimidio: vt diximus ét sup. quæst. 2. nu. 14. Cepol. de simul. contract. præsump. 2. nu. 68. 38

A cognitione modo istius articuli, quòd cadens ab inuestitura, non cadat à pacto francandi, pendent decisiones plurium aliarum. Et primò an quis ceciderit ab inuestitura non sol uendo, vel alienãdo, aut aliter, & fuerit inuestitus † de gratia speciali, (vt multoties cõtingit facta quadam solutione, vel aucto canone) possit nunc opponere inuestituram inualidam, & quòd soluit repetere. Et quidem, sine aliqua difficultate dicendum est, liuellarium posse hæc omnia facere quia illa non fuit gratiosa concessio, sed impositura cũ liberaliter illam facere do- 39

minus teneretur. Moder. Gall. de vsur. nu. 408. Recipiens
40 pecuniam: vt quis faciat, † quod gratis facere debet, potest
repeti tanquàm turpiter datū. l. si vestimēta. & ibi Angel.
ff. de cond. ob turp. caus. iaf. in l. 1. notab. 1. ff. eod. titul.
Alipr. consil. 19. sub nu. 128. inter consilia Status Montisferrati fol. 105. Et cum liuellarius nō potuerit cadere
41 inde colligitur † inuestituram factam, tanquàm de re deuoluta, quæ non erat, ergo fuit nulla. Decian. cons. 73.
42 nu. 36. in 2. Quia inuestitura facta ex † falsa causa non
tenet. Anan. cons. 80 nu. 1. in fine, & num. 2. Decia. d. cōs.
73. num. 46. in 2. cons. 117. nu 44 in 3. Anguil. 70. num.
6. Alex. 124. nu. 11. in 5. Natt 162. nu. 42. Corn. 181. nu.
14. in 2. Castrens. 189. nu. 1. in 2. Curt. Iun. 219. num. 61.
Ruin. 47. nu 8. in 1. Rim. Sen. 471. nu. 2. 521. nu. 2. Bursat.
255. nu. 3. Et inuestitura concessa ex causa partim vera, &
partim falsa, in totū ruit Paris. cons. 98. nu. 16. in 1. Natt.
631. nu. 37. Rolan. 99. nu. 30. in 1. Afflict. decis. 218. Et facta
43 † illi, qui erat dominus rei, non valet. Curt. Sen. toto
consil. 70. & Castrens. cons. 297. certè in 2. Ruin. consil.
50. nu. 1. & 7. & consi. 155. nu. 2. & 3. in 1. Socin. Iun. cōs.
112. nu. 2. 3. in 1. Menoch. cons. 91. nu. 38. in fi. 418. nu. 26.
476. sub nu. 8.

44 Idem dico si post caducitatem, † vel deuolutionē res
alteri pœnitus extraneo concessa fuisset: quia tàm ipse
liuellarius, qui cecidit, quàm eius quicūque hæredes poterunt rem illam recuperare remedio reintegrādæ. Purpur. cons. 505. nu. 6. Paris. cons. 54. nu. 87. in 1. Bald. cons.
322. vtrum in 1. Bero. cons 48. nu. 12. & 15. in 3. Sola in
constitut. Sabaud. de iure emphit. glo. quantum ad tertium num. 19. fol. 38. ex quo illa res non prouenerat ab
ecclesia, nec vera erat emphiteusis, de qua in l. 1. 2. & 3. C.
45 de iure emphit. & in capit potuit. de locat. Quia † si ecclesia non probat, euidenter bona à se prouenire: licet often
dat inuestituram, attamen caducitati locus non est. Borgnin. decis. 30. nu 104. & 105. in 2. & decis. 45. nu. 91. in 1.
32. nu. 84. in 2. Natt. cons. 3. nu. 3. Bero. cons. 49. nu. 4. in
3. Bursat. 26. nu. 4. & 5. 292 num. 1. Sola tit. de iur. emphiteu. glo. quantum ad tertium nu. 19. fol. 38. Corbul. de
46 caus. pri. ob non sol. can. lim. 34. Nec deuolutioni, † qui
non a

non potest reuerti ad illū, à quo non prouenerat: Quia in istis contractibus † attéditur origo, & vnde bonè de- 47 ueniunt.Cur.Sen.cōs 70.per tot.Franch. decis. 267. sub nu.7. Adden.ad Alex.cons.228.sub nu.5.in 6.& ad Dec. in l.in bonæ fidei nu.11.C.de pact.l.3.C.ad maced.Et licet subindè perueniāt † ad ecclesiā non tamen efficiuntur 48 ecclesiastica,cum sint sæcularia. Anchar cons.165.quæstio talis est.col.1.Nimirùm si res, à sæculari recuperari poterit,† quia non poterat dari caducitas. Borg.decis. 2. 49 nu.42.in 2.Sola titulo de iur.emphiteut.d.gloss.quātum ad tertium nu.19.fol.38.Ex isto † contractu nullum trāsfertur dominium,nec possessio.Gerard singu.18.sub nu. 50 2. Bero.cons.169 num.12.in 1.212.nu 3.in 3.& potest agi ad rei, & fructuum restitutionem; nullaque currit præscriptio † ad rem recuperandam. Valasc. decis 70. 51 nu.8 & fin. Borg.decis.24.nu. 18.in 2. etiam si transacti fuissent 60. anni.Gozad.cons.18. num. 4. Albens. cons. 148.nu.7.Gerard.singul.18.nu.2.3.& seq.Caball Milleloq.315.Rot Auen.decis. 129.nu.9. Soc.Iun.cons. 104. nū.10.in 3.Modern.Paris. cons. 41. nu. 4. Possidens ex contractu simulato tenetur rem cū fructibus restituere.l. multum. C. si quis alter. vel sibi. Et tàm confratria,† 52 quàm singularis eius successor tenetur ad fructuum restitutionē.Borg decis.13.nu.24.25.in 2.& veniunt † fructus non à die litis contestatæ,sed à die perceptionis d. 53 decis.13.sub.nu.25.& nu.44. & decis.24 nu 18 in fine in 2. Quia contractus quando est cōtra ius resistens,† nullo modo prodest quoad fructuum acquisitionem. Mari. 54 Angus cons.32.nu.26.Rui.cons.41.nu.28.& 31.in 1.nec error iuris excusat. Cabal. Milleloq.315. Et in hoc contractu fictus,& liuelli soluti in pecunia † ipso iure extenuant sortem,& res liberè restitui debet. Paris. cons. 54. 55 nu.79.in 1.Abb.in cap.1.in 2.not. de vsur. Lupus de vsur.comment.3.§.6.nu.143. Paset.cons.70. nu.18.& 26. Et è manibus cuiuscunque recuperari potest: quia ille non erat emphiteuticus contractus, sed pignoratitius vt supra amplè probauimus.Et iniustè vendito pignore: † per creditorē, è manibus emptoris potest indistinctè 56 vendicari.l.2.& ibi Doctor.C.si vend.pign. aga. Bartol.

in l. alio sub nu. 14. & seq. ff. de alim. & cib. legat. Ruger. cons. 37. nu 60. & 61. in 1. Sali. in l. 1. C. si vend pignor. & patet ex supradictis: quia si quis non cadit à pacto francandi, & redimendi, nec eidē pacto vnquā præscribitur,
57 ergo poterit res reuocari ē manibus cuiuscunq; tertij † quia pactū afficit rem quēcunq; vadat. Tiraquell. de retract conuen. §. 1. glo. 7. nū. 7. cum seq Couar. lib. 3. var. resolut. cap it. 3. Cassan. consil. 33. nu. 15. Borg. decis. 16. num. 9. cum seq. & decis. 32. nu. 42. in 2. Magon. decis. Lucan. 80. nu. 2.
58 Idem dico ĕt si per † sententiam dictum fuisset deuolutioni, vel caducitati locū fuisse: quia adhuc ea nō obstante fundus repeti posset. Viui. decis. 369. nu. 20. Boerius de stat. vrb præscript. gl. 5. nu. 1. quia contractus il-
59 licitus, vel vsurarius† non potest sententia confirmari. Modern. Paris. de vsur. cōment. 2. §. 3, nu. 91. quia ipso iure nulla est. Boccat. de censibus. par. 3. nu. 59 Tantò magis, quia in iudicio non fuit actum an contractus in fraudem vetiti fœnoris confectus, seù fœneratitius esset, sed an liuellarius cecidisset per alienationem, vel non solutum canonem, aut per lineā finitā deuolutioni locus es-
60 set; quò fit: vt in hoc casu, non† obstet exceptio rei iudicatæ: quoniam alio iure agitur. Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iur. in 6. Dec. cons. 464. in fin. Surd. cons. 165. in fin. Sed dato ĕt, quod oppositum fuisset de vsuraria 'pra-
61 uitate, adhuc sententia lata non obstaret, † quia illa non causat exceptionem rei iudicatæ. Ias consil. 21. nu. 1. in 1. Parisien. loco cit. ideo illa non obstante agi poterit ad repetitionem omnium solutorum. Valasc. decis. 56. in fine. Magon. decis Florent. 3. nu. 33. in fine. & 34.

Hæc autem longè magis procederent casu quo appareret contractum liuellarium post editam Bullam Pij V. de censibus celebratum: quia post datam formam, qua contractus anuuorum redditiuum fieri possunt, subdit formalia hæc verba, *contractusque sub alia forma, posthac celebratos fœneratitios iudicamus, & ita (illis propterea non obstantibus) quicquid vel expresè, vel tacitè contra hac nostra mandata dari remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari*. Sed verò ante

rò ante Bullam contractus initus fuisset, adhùc idem dicendum esset † Nauar. de vsur. quæst. 10 nu. 11. Boccat. 62 de censibus part. 2. nu 24 quia licet non trahatur † ad 63 præterita, procedit quoad modum soluēdi iam præscriptum, & perfectum longè ante Bullam, non quoad caducitatem, & deuolutionem, quæ habet tractum de futuro. text. expressus in l. pen. & ibi DD. C. de vsur. facit Bald. cons. 477. punctus quæstionis. num. 4. in 4. Et tantò magis: quia stante eiusdem Bullæ constitutione, cōtractus debebat reduci ad terminos honestatis, & æquitatis, quod si factum fuisset caducitas, vel deuolutio non contigisset: Et inspicitur, quod fieri debebat, non quod ommissum est. c. cum causa de elect. cap. legimus in fi. 93. distinct. Maxime quia non caret scrupulo intentionis iniquæ, qui cum possit futuro proximi damno definit obuiare. cap. qui potest, & cap. quantæ. de senten. excommun. Delictum nō impediens cū facilè possit, ipsum perpetrare dicitur. Dec. in l. culpa caret. nu. 2. ff. de reg. iur. & contractum † istū non reformans, cum possit, tenetur 64 Boccat. de censibus par. 2. nu. 208. in fin. Et licèt Papa vtatur verbis, *hortamur contractus reformandos*, præceptiua tamen sunt, † & omninò parendum sub pæna ex- 65 communicationis. Bocca de censibus. part. 1. nu. 90. part. 2. nu. 36. in fi. & part. 3. nu. 32.

Cæterum isti non sunt reformandi, sed totaliter irritandi, † & reprobandi tanquàm manifestè vsurarij, seu 66 in fraudem vsurarum confecti. Borgn. decis. 13. sub nu. 40. & nu. fin. vers. sed quia sunt. decis. 24. nume. 24. in 2. Decian. toto cons. 28. in 5. Gratus 11. in 2. Barb. 51. in 1. cons. 8. in 4. Rimin. Sen. 450. & 451. Bertazol. cons. crim. 297. nu. 12. 13. Nauar. quem citat Pinel. in l. 2. par. 3. cap. 2. in fine. & cap. fin. nu. 23. in fin. Valasc. de iure emphit. quæstio. 32. nu. 12. Summa Corona in cap. de vsura circa pactum de retrouend. in fin. Etiam si ante Bullam celebrati fuissent, † quæ licet non se extendat ad præteri- 67 tos annuos redditus, & census, intelligit tamen de illis, qui vsurarij non erant, de quibus in capit. 1 & 2. de emptio. & vend. in extrauag. secus si vsurarij, vel in fraudem vetiti fœnoris apertè confecti essent, text. in terminis in

capit.

capit.cum tu.de vsur. At isti erant tales ante Bullam secundum Nauar. quem suprà citauimus nu 62. Vbi enim
68 contractus † est vsurarius, non est opus, vt noua lege prohibeatur: cum satis de iure diuino, canonico, & ciuili damnatus sit. Vnde dicit Abb.& alij in dict.cap.cum tu. quod constitutio noua ad præterita refertur, quoties reprobantur ea, quæ iuri diuino, & naturali repugnant. gl.in capit.si in verb.futura ibique Butr.num. 14. & Felin.num.4.de constitut Gail.lib 2. obseruat. 9 sub num. 5.& 6.vbi dicit, quòd constitutiones imperiales de anno 1530 & 1548. promulgatæ super vsuris, licèt non extendantur ad præteritos contractus, secus tamen est, si re vera vsurarij fuissent, non si dubitari poterat.

Sed quid dicendum de illo, celebrauit contractum istum cum Confraternitate, & deindè vendidit rem Titio qui in instrumento promisit Confraternitatem recognoscere, & canonem soluere, à qua subindè recepta inuestitura postmodum recusat soluere, sub prętextu, quòd primus cōtractus cum auctore suo celebratus fuerit nullus, tamquàm simulatus? excipiat autem Confraternitas ipsum eo modo contraxisse, non fuisse læsum, & sol-
69 uere promisisse, ideoq; teneri soluere? Respondeo † Titium habentem omnia iura auctoris sui cessa, posse ista excipere, & audiendum esse. Barbat conf. 66. column. 5. vers.& sic concludunt in 2. Borgn.decis.32.sub num.74. vers qui subintrauit in locum in 2.l.commissa in princ. & ibi Bart.& alij ff.de public.& vectigal. Afin. in l. 1. nu. 91.ff.de relig. & sumpt fune. Et quis potest excipere de iure auctoris sui, non obstante, quod promisserit cano-
70 nem soluere, & nullo modo læsus sit: quia nec † ex consensu partium, quod illicitum, & vsurarium fuit, potest fieri licitum, & honestum. Dec.cons. 170. viso themate. col.1. circa medium. Roiz.decis.vlt.num. 294. Borgnin.
71 decis.13.num 29.& num.30.in 2. Et † contractus simulatus approbari, nec ratificari potest. Barbat.cons.22. sub num.17.in 4.maximè si in fraudem vsurarum simulatus
72 fuerit. Modern.Paris.de vsur. num.408.vsqueadeo, † vt nec etiam per solutionem annuatim factam approbatus dicatur, quia talis solutio coacta dicitur. Roiz.loco cita-

to num.188.Modern.vbi supra, Albens.cons.148.in fine Ioseph.Ludouic.conclusio.51. colum. 3. vers. quinimò etiam.Partes † non possunt facere, quòd contractus in 73 fraudem vsurarum valeat.Rip.in l.nemo potest num.69. in fine,de legat.1.nec super † illo transigere, & contra- 74 ctum approbare.Bald.cons.125.tres fuerunt. in fine. in 1.Paris.cons.55.num.58.59.& sequent.in 1.

## SVMMARIA.

1 *Ius emphiteuticum, vel liuellarium, semel extinctũ amplius non reuiuiscit.*

2 *Debitor delegatus si foro cedat periculum cedit creditori acceptanti*

3 *Res vna subrogata loco alterius prima liberatur.*

4 *Inuestitura prima resoluta perindè est, ac si nũquàm facta fuisset.*

5 *Contractu ressoluto tollitur omnis obligatio ex vtraq; parte.*

6 *Emphiteuta facta affrancatione, amplius non tenetur ad onera.*

7 *Emphiteutica bona effecta allodialia, amplius emphiteutica considerantur.*

8 *Res data in affrancationem si euincatur, dominus nõ habet regressum, ad primeuam iam liberatam, nec contra primum emphiteutam.*

9 *Affrancatio etiam nulliter facta, praestat causam non soluendi canonem.*

10 *Emptio censuum, & annuorum redituum, quare valida. & num.15.*

11 *Pactum in annuis redditibus, & censibus, quòd primus semper teneatur ad redditum, & censum, casu quo singularis successor, non soluat vel fiat non soluendo, reddit contractum foeneratitium.*

12 *Pactum, quod censuarius alienans rem, adhùc teneatur ad solutionem census, si emptor non soluerit, nullum.*

13 *Resolutio contractus, debet esse eiusdem naturae cuius est contractus.*

14 *Vendens cum pacto de retroemendo, statim facta solutione pretij, ad alia non tenetur.*

16 *Venditor census, et annui redditus, ad libitum potest se liberare, & cogere emptorem ad pretium recipiendum.*

17 *Fructus non debentur ex re non existente.*

18 *Debitor delegatus non tenetur ad interesse versus delegatum, quàmuis deleganti illud soluere ante esset obligatus, & num.76.*

19 *Dotis debitum si transfundatur in alterum contractum, tunc interusuria amplius non veniunt. ratio. num.39.*

*Secus si alteri fiat cessio debiti dotalis. num.20.*

21 *Delegatio ipso iure extinguit primum contractum. & 29.*

22 *L. emptor ff. de nouat. & deleg. intellectus, & num.27. 36.*

23 *Contractus extincto, vsura amplius ex illo nō veniūt. & num.77.*

24 *Contractus vbi ad simplex creditum pecuniarum redactus est, vsura tunc non veniunt.*

25 *Verba in delegatione multum cautè cōcipienda sunt, ut vsura veniant, si prius debebantur.*

26 *Delegatio debitoris quomodò fiat.*

28 *Delegatione facta, statim debitor est liberatus ab eo, quod tenebatur deleganti.*

30 *In delegatione agitur de noua obligatione inducenda, diuersa à prima.*

31 *Contractus nouatus non habet priuilegia primi. & num.42.*

32 *Dotis priuilegium durat facta nouatione, vel delegatione. & quomodo intelligatur. num.35.*

33 *Contractu extincto pro quo interesse, vel liuellus debebatur, si deindè solutum fuit, vsura est.*

34 *Pactum, quòd ressoluta societate currat adhuc interesse donec sors restituatur, vsurarium est.*

37 *Delegatio est stricti iuris, in qua non venit interesse præteritum, nisi expresse promissum, & num.43. & 47.*

38 Con-

38 *Contractu primo extincto, & in alterum transfuso, ille amplius non consideratur. & numero. 46. 76. 77.*

40 *Debitor eodem tempore obligari, & in mora constitui non potest.*

41 *Debitum, quod non est, nec noueri, nec delegari potest.*

44 *Nouatione contractus facta, vsura, qua ante debebantur iudicis officio non amplius veniunt.*

45 *Vendens domum, & pratium habuisse confitens, si deindè emptor soluat liuellos, & interesse venditori, contractus est vsurarius.*

48 *Contractus finitus, & absolutus non potest nisi per actum retrosimilem renouari & num. 84.*

49 *Ius auctoris debet deduci ex persona sua, non rei.*

50 *Interesse debitum consideratur, ex indigentia auctoris, non ex lucro debitoris.*

51 *Interesse debitū ex aquitate. l. curabit. C. de act. empt. taxatur ad rationem quinquè in singula centum. & num. 78.*

52 *Debitor delegatus soluens quid annuum creditori, cui delegatus fuit, illa est vsura.*

53. *Contractus, vt dijudicetur licitus, vel illicitus, eius forma attenditur.*

54 *Vsura promissa in instrumento iurato solui debent, & deindè repeti: sed contra num. 61.*

55 *Iuramentum patris vel auctoris, non ligat filios, & successores.*

56 *Statutum prohibens contractus vsurarios simulatos, & instrumenta confecta, etiam iuramentum in illis appositum dicitur annullare.*

57 *Statuta laicalia super prohibitione vsurarum, valida sunt.*

58 *Iudex tenetur occurrere, ne soluantur vsura.*

59 *Promissio erranter facta de soluendis vsuris, vel interesse, non obligat.*

*Nec etiam si iuratum fuisset, & num. 60.*

62 *Interesse, seu redditus, census, & liuelli soluti in pecunia, & illegitimè extenuat sortem.*

63 Con-

63 *Contractus non præsumitur vsurarius, vbi in illo versatur dubius euentus, lucri, vel fructuum, sed contra num. 69.*

64 *Constitutum tollit contractus suspicionem.*

*Et iuramentū in illo appositum. num. 65. sed contra num. 73. 74.*

66 *Contractus in aliquo loco per viros bonos vsitatus, non præsumitur vsurarius. Sed contra num. 75.*

67 *Bellum, pestis, penuria non diminuunt de prætio bonorum stabilium.*

68 *Conducens fundum tempore belli, non potest deinde petere remissionem mercedis.*

69 *Fructuum incertitudo, non iustificat contractum, quia verisimilitudo attenditur, & quæ communiter contingere possunt.*

70 *Fructus domus, vel appotheca, quæ solito est locari semper dicuntur certi, non incerti.*

71 *Pratij paruitas probatur ex instrumento breui tempore confecto.*

72 *Pratij paruitas probatur ex clausula donationis apposita in contractu per venditorem, casu quo res plus valeret.*

75 *Bona fama non iuuat contrahentem illicitè, vt contractus suus sustineatur.*

79 *Interesse, quod præstatur ab emptore ratione pratij, excedere non potest fructus rei.*

80 *Contractus censualis, & emptionis rei longè differunt.*

81 *Interesse, quod præstatur ab emptore ad rationem quinque plus valet, quàm octo in contractu censuali.*

82 *Pensio in annuis censibus, & redditibus excedens immodico, contractus redditur illicitus.*

83 *Promittere aliquid annuatim reddit us, & census: censum autem, & redditum constituere super certo fundo, & deindè illum promittere, diuersa sunt.*

85 *Correspectiua dicuntur indiuidua, & vnum sine altero stare non potest.*

86 *Actus duo incontinenti facti, quando correspectiui non*

*non sint. & numer. 89.*

87 *Actus sequens non dicitur factus in exequtionem praecedentis contrarij.*

88 *Census, & redditus non creatus super certo fundo, sed actione personali promissus, & generaliter super omnibus bonis, vsurarius est. & sub numer. 46.*

90 *Contractus correspectiuus si est vsurarius, nihilominus inualidus est.*

91 *In contractibus illicitis, & usurarijs utile permanet, & inutile, & uitiosum reprobatur.*

92 *Venditor si uult consequi interesse debitum, ex pretio sibi restanti ab emptore, non debet confiteri illud recepisse.*

## QVAESTIO V.

*An euicta secunda proprietate in cambium assignata, dominus regressum habere possit ad primeuam iam liberatam.*



Pportunè hùc intrat quæstio illa, quam sæpius in praxi admitti sine vlla difficultate vidimus. Si enim cõtingat ex aliquà causa proprietatem secundam in affrancationem datam euinci, asserti domini statim reddunt ad primeuam tamquam affrancatio, & liberatio nulliter facta fuerit.

Quòd autem illud de iure fieri nullo modo posiit, fortissimo hoc comprobatur argumento, quia cũ emphiteuta à principio conuenerit, quòd dando alteram rem sit liberatus, & vnà eius fundus: consequenter facta assignatione, & acceptata per Dominos; liuellarius dicitur ipso iure liberatus: item & fundus primus; & † quod semel est extinctum, amplius non reuiuiscit. ita Crauet. conf. 293. sub nu. 10. Id quod apertissimè patet 1
in debitore cesso, seu delegato, qui si deindè non sit soluendo, vel foro cedat periculum est † creditoris acceptantis, non debitoris primi, qui fuit liberatus. Bart. & 2

M scri-

scribentes omnes in l singularia. ff. si cer. pet. & ibi Cagn. nu. 185. Bec. cons. 105. nu. 18. & 35. Surd. decis. vlt. nu.
3 42. Et vbi altera res est subrogata, † & noua inde inuestitura facta, prima ipso iure est liberata, & extincta omnis obligatio Ias. cons. 78. nu. 7. 10. & 11. in 1. Gozad. cons. 70. nu. 6. Bero. cons. 110. in fine in 1. Ruin. cons. 168. nu. 3. in 1. Socin cons. 256. colum. 2. vers. quod primus emphiteuta alienando, & sub nu. 3. vers. & sic omnia iura primi, & cons. 261. in princip. in 2. Et cum prima inuestitura expressè, & præcisis verbis sit resoluta, perinde
4 † est, ac si nunquam facta fuisset, & res nunquam emphiteutica extitisset. Felin. cons. 20. 21. & 22. Alber. in l. ab emptione. col. 2. ibi tunc resoluitur, ac si venditio nunqua facta fuisset. ff. de pact. gl. fi. in l. 1. C. qui lic. ab emp. disc. Ruin. cons. 33. in princ in 1. Alex. cons. 10. sub num. 4. in 1. Franch. decis. 64. sub nu. 16. & decis. 369. circa fi.
5 Et resoluto † contractu tollitur omnis actio, & obligatio ex vtraque parte. Castr. in l. 1. nu. 4. in fine. C. quando lic. ab empt. disc. dict. l. ab emptione. ibi *pretium te desinere debere*, vbi Bald. in 2. lectura. ff. de pact. Et quòd facta
6 affrancatione, statim sit liberatus vassallus, † & emphiteuta: itaut non teneatur amplius ad aliqua seruitia, vel tributa, dixit Bart. cons. 189. primò quæritur. nu. 12. in 1. Boer. decis. 263. nu. 3. & 4. Sola ad constit. Sabaud. tit. de iure emphit. glos. quemadmodum num. 22. & 24. fol. 29. Emphiteutica enim bona effecta allodialia amplius
7 † emphiteutica considerari non possunt. Crauet. cons. 293. sub nu. 10. & 11. Gabr cons. 74. nu. 3. in 2. Igitur emphiteuticis contractus semel extinctus, & resolutus, non habetur in consideratione. Felin. toto cons. 20. & 21. Cephal. cons. 703. nu. 15. Afflict. decis. 40. nu 4.

Ob id, valde redargui debebat auarum desiderium cuiusdam Domini, qui dũ ageret ad deuolutionem fundi, ob lineam finitam liuellarij, & in eodem iudicio repertum fuisset rem alteri prius obligatam, eidemquè adiu-
8 catam fuisse, † statim cœpit se conuertere aduersus primũ emphiteutam, seu eius filios hæredes asserendo, quòd sicut secunda proprietas erat deuoluta, sic & prima, quòd non erat verum. Ardiz in summa feud. par. 2. part princ.

titulo

titulo quid sit feudum nou. & pater. vers. sed quæritur si vasallus. Afflict. in cap. 1. nu. 9. titul. de vasall. decrepit. ætat.

Adhùc magis repræhendi debebat, & à limine iudicij arceri, dum pendente iudicio contra dictos hæredes primi liuellarij, instabat declarari ipsos etiam cecidisse à proprietate. Ex quo sæpius interpellati nò solverant canonem debitum. quia cùm iam præcessisset rei liberatio, & affrancatio, etsò millies inualida fuisset, præstabat tamen iustam causam non soluendi, † quæ ideo excusabat 9
ab ipsa caducitate. Ruin. consi. 156. num. 17. in 1. Sola de iure emphit. gloss. quantum ad primum. propè fin. vers. 26. fol. 40.

Si ergò ista omnia prodedunt in veris, & proprijs bonis emphiteuticis, quantò magis in istis?

Proinde dico, quòd pactũ illud redeundi ad primam proprietatem in casu euictionis secundæ appositam in istis contractibus liuellarijs reddit illos formaliter, & absolute vsurarios, siue sit tacitũ, siue expressum. Siquidẽ emens annuum redditũ † valet contractus: quia si debitor 10
non soluit, periculum est emptoris, & ratione illius periculi, quia ille potest effici non soluendo, contractus dicitur legitimus. Innoc. Anchar. Abb. Butr. & omnes in capit in ciuitate de vsur. At vbi apponitur pactum, quòd in casu inopiæ, primus, qui assignauit redditum teneatur subire periculũ, & soluere adhùc redditum, & censum, cótractus † dicitur expresse vsurarius. Calcan. consi. 83. 11
pro inuestiganda. colum. 1. in fine, vers. vel si emens vellit omnem certitudinem, & consil. sequent sub num. 10. vers. vnde ipsam vendendo pro certo, & vers. sed voluit rem certã habere. Vbi enim emuntur redditus aunui, nõ subiacentes fortunæ, semper sunt vsurarij. Io. Andr. ad Specul. in rubr. de vsur. Alex. de Neuo. consi. 95. num. 12. Ideo nõ potest fieri pactum, quòd censuarius alienans † 12
bona censui supposita, teneatur adhuc ad pensiones, si emptor non soluerit. Nauar. consi. 9. vers. 4. de empt. & vendit. volum. 1. Valasc. de iure emphit. q. 32. nu. 14. in fine.

Hinc sequitur quãta redoleat iniquitate pactũ istud,

factum circa redemptioné rei, per subrogationem alterius proprietatis: quia si pactum redimendi fuisset iuxta regulas iuris communis celebratum, prout esse debebat,
13 (quia resolutio contractus† debet esse eiusdem naturæ, cuius est contractus. l. ab empt. ff. de pact. Bartol. in l. in summa. in princip. ff. de condict. indeb.) non sustineret miser liuellarius has curas perquirendi rem, nec subiaceret continuo periculo ipsius rei amittédæ, vel alterius,
14 pro liberatione assignatæ: sed statim facta solutione † pecuniæ receptæ, ipso iure esset liberatus. Borgn. decis. 16. nu. 49. in 2. Et hac ratione dixerunt omnes, quòd red ditus perpetui liciti sunt: quia sicut sunt æquissimi ex
15 quo præcium recipiens† nunquam cogi potest illud restituere. Anch. in c. peccati venia. col. 18 vers. vndecimo quæro. in 6. Butr. in cap. in ciuitate. nu. 7. de vsur. ita validissimi: quia venditor ad eius libitum potest se libe-
16 rare, † & cogere emptorem ad prætium recipiendum. Butr. d. nu. 7. in fine. Gail. lib. 2. obseru. 9. nu. 5. aliàs contractus esset vsurarius idem Gail. lib. 2 obser. 7. nu. 14.

Opportunè ex his occurrit quæstio, in facto mihi dũ hæc scriberem proposita.

Anno 1559. Titius vendidit Sempronio medietatem fructus, & redditus vnius domus, & appothecæ valoris scutorum duodecim cũ dimidio annuatim, prætio scuto rum centum quinquaginta, cum pacto redimendi pro eodemmet prætio, ad omné ipsius Titij requisitionem.

Anno verò 1560. Idem Titius vendidit alteram dimi diam fructuum, & redditũ eiusdem domus, & apothecæ eidemmet Sempronio pro scutis centum quinquaginta ad rationem groff. 102. Sabaudiæ, cum pacto reccatandi in vna tantùm vice, totã ipsam appothecam pro dictis scutis tercentum, & dummodo præmoneretur per menses sex ante affrancationem, & cum pacto, quòd si exbursatio prætij fieret post Kal. Aprilis, vel Octobris, quòd ipse Sempronius posset fructus, & prouétus ipsius appothecæ percipere, seu etiam retinere vsq; ad finem sex mensium tunc futurorum.

Anno autem 1563. Titius volés permutare antedictã appothecãm in altera Caij appotheca, curauit habere præsen-

præſentiam,& voluntatem ipſius Sempronij, qui ideò non ſolum conſenſit dictæ permutationi,ſed etiam aſſentiendo expreſsè omnibus in ipſo inſtrumento contentis renunciauit quibuſuis iuribus, & actionibus, quæ habebat in ipſa domo,& appotheca permutata, valoris ſcutorum ſeptingentorum auri in auro. Qua renuntiatione ſtante,ipſe Titius, ſtatim iure proprio, ac in liberum, francum, & expeditum allodium permutationẽ ipſam fecit in dictum Caium, cum altera eius appotheca, & quia illa Titij excedebat de valore aureos 136. Caius 1
realiter ipſos ſoluit. Verum quia profitebatur Sempronius ſe tunc eſſe creditorem ipſius Titij de ſcutis tercentum viginti, ipſe ſatisfacere volens, ſtatim aliud inſtrumentũ inter prædictos omnes celebratum fuit, in quo dicitur,ꝙ cũ ipſe Sempronius conſenſerit permutationi factæ appothecæ,cuius redditus aliàs emerat,Ideò prædictus Titius volens ſatisfacere vendidit alteram eius appothecã prædicto Caio pro ſcutis 200. Italiæ,qui iunctis cum alijs quos ſibi reſtabat pro adequatione permutationis (quos tamen re vera non receperat, quicquid dictum fuerit in inſtrumento) faciunt ſummam dictor. ſcutor. tercentum viginti,& proinde delegauit,& delegat,ac aſſignauit, & aſſignat prædicto Sempronio dictũ Caium in debitorem præſentem, & conſentientem, ac ſoluere promittentem ſummam ipſam ad omne eius beneplacitũ,prædicto Sempronio. Et infra in alia clauſula ſeparata dicitur. Et quia non eſt æquum,quòd Sempronius careat redditu appothecæ ſuæ prędictæ,& prætio prædicto:conuenit, ꝙ loco redditus prædict. appothecæ Caius ſoluere habeat Sempronio omni anno ſcuta vigintiquinque à groſs. 104. pro ſingulo. & verſus finem inſtrumenti adeſt clauſula caſſationis, & annullationis priorum inſtrumentorum,in quibus redditus, & fructus continebantur.

Stante hac facti ſerie licitum eſt affirmare, quòd cum Sempronius renũciauerit omnibus,& quibuſcunq; iuribus,quæ habebat in domo,& appotheca,cuius redditus aliàs emerat,& expræſsè ẽt conſenſerit,quòd in liberum allodiũ alienaretur in Caiũ,Sẽpronius nihil prætendere

possit occasione primi contractus emptionis redditus super ipsa domo, tum quia renuncians iura sua sibi præiudicat, cum quia redditus isti non amplius consistunt super domo, vel appotheca, cum liberata fuerit, & onus illud redditũum fuerit extinctum per renuntiationem factam, ac vigore permutationis liberæ factæ, & per solutionem residui prætij, quod debebat pro adæquatione. Insuper & per cassationem, & annullationem instrumentorum super his redditibus confectorum. Vnde
17 ex isto capite impossibile est, q fructus debeantur † ex re non amplius consistente, vt dictum fuit supra, nu. 1. & 7. & probauit Surd. cons. 162. & 318.

Plus dico, quòd etiã si Sempronius suprascriptam nõ fecisset renuntiationem, nihilominus cũ dixisset in actu permutationis se tantùm credit. rem esse Titij de scutis tercentum viginti, & illi volens satisfacere vẽdiderit alteram domum, & appothecã pro prętio scutorũ ducentum Caio, & eidẽ Sempronio delegauerit ipsum Caiũ præsentem, & cõsentientẽ, & soluere promittentem ad omne eius beneplacitum prædicto Sempronio præsenti, & acceptanti dicta scuta ducentum, & alia, quæ debebat pro adæquatione: consequenter & hoc casu res clarissima est, quòd Caius, stante dicta delegatione non tene-
18 tur ad aliquos redditus, seu † interesse donec soluerit prædictam summam, vt est tex. expressus in l. nouatione & in l. emptor ff. de nouatio. Surd. cons. 269. nu. 18. Et ideò dicit Capic decis. 183. q si debitũ ex causa do-
19 tis transfundatur in alterũ cõtractum, † tũc interusuria, quæ debebantur ex primo contractu dotis, nõ debentur ex secundo per tex. in d. l. nouatione. & l. emptor ff de nouation. Surd. de aliment tit. . quæst. 42. nu 58 & seq. Patet ex dictis Salicet. in authen. ad hæc. nu. 11 quæst. 13. C. de vsur. vbi quærit an si maritus cesserit alicui creditum, quod sibi socer debebat cessionatius possit vsu-
20 ras percipere à socero, & dicit, q sic, † quia cum in cedentem remaneant adhuc iura directa, nec illa extincta sint, meritò si interusuria adhuc durant, & debeantur. sequitur Ias. consil. 92. num. 36. in 1. & Surd. cons. 259. sub num. 4. & tracta. de alim. tit. 1. quæstio. 42. nu. 22. Ca-

gnol.

gnol.in l. curabit.num.44.C.de actio.emp.& sic notanda sunt verba Salycet.dum dicit.quòd iura dotis nō sunt extincta, sentiens,quòd si extincta essent, interusuria nō deberétur,vt est text expresſus in d.l. nouatione.& l.emptor ff de nouatio.& deleg.vt qu a capitale dotis fuisset delegatum.quia per delegationem ipso iure † extinguitur primus cō.ractus.§.præterea.Instit.quib.mod. tollit oblig.Iaſ.in l.singularia.nu.35.ff si cert.pet.Surd. conſ.269 sub.nu.16.Franc.March. deciſ.534.nu.3. 4.in 1.Anan.in cap.salubriter.col.1.sub nu.4.de vsur.dicens, q̄ si quis cesserit ius consequēdi vsuras cū omni iure sibi cōpetenti,tunc cessionarius illas petere,& consequi pōt, secus aūt si simpliciter cessio facta sit.Modo,dū dicitur ex aduerso, q̄ text.in d.l. emptor.ff.de nouat. nihil pœnitus obstat, vt quia loquatur quādo simpliciter facta est nouatio,& delegatio,secus si in nouatione,& delegatione vsuræ promissæ fuissent, quia & illæ ēt futuræ debentur,& ad hoc allegatur. Bart. Castr. Ang. & Imol. in d. l. emptor. Profectò hoc verum non est : quia text. in d. l.emptor. loquitur in vsuris futuris, † quæ non intelliguntur compræhensæ in promissione facta per emptorem,ét si dixisset,quicquid ex vendito dare facereuē oportet promitto . Et qđ dicūt ibi Bartol.Ang Castr. & Imol.dum volunt, quòd vsuræ possint deduci in stipulatione nouante;loquuntur de vsuris præteritis,quæ etiam vt veniant debent verba concipi in rem, secundū Bart. ibi per illum tex.& Aret.in §. fuerat.nu.49.Instit. de act.& tunc vsuræ illæ debentur non tamquam vsuræ, sed tamquam sors,vt ibi per gloſſ. & Bartol. Ratio autem quare futuræ non veniant, ea est, quia nouatione, & delegatione facta primus contractus extinctus est, & impoſſibile est,quòd extincto contractu emptionis † vsuræ ex illo amplius veniant . Ex secundo aūt venire nō possunt,quia pœnitus cōtractus nouus est,& totaliter à primo diuersus . Vnde dicit ibi gloſſ.in verbo *neutri.* in fine,quòd hoc casu per delegationē dicitur extincta illa sors,quæ ex empto debebatur, & consequenter extinctæ sunt vsuræ iux. l. 4. C.depo.Si ergo qn verba cōcepta sunt in rem,facta delegatione vsuræ futuræ non veniūt,

21

22

23

& vt præteritæ veniant, multū interest, quomodo verba concepta sint; vt dicit Imol. in d. l. emptor. ff. de nouat. quo casu illæ non debentur tamquā vsuræ, sed tamquā sors, vt per gloss. & Bartol. in d. l. emptor. quia debentur ex nouo contractu, non ex præterito, qui cum extinctus fuerit, vsuræ ex illo considerari non possunt. Ex secun-
24 do aūt nō veniūt, †quia contractus ad simplex pecuniarium reddactus, nō habet eadem priuilegia cum primo. Angel. cons. 31. nu. 7. Phanut. de inuent. part. 6. nu. 110. Albens. cons. 217. nu. 22. & 15. Anch in capit. peccati ve nia. col. 9. sub nu. 8. in fin. vers. oppo. Dyn. de reg. iur. in 6. 1 hom. Docc. cons. 33. sub nu. 9. 13. 14. Cæterùm admittendo pro nunc hanc opinionem, quòd in nouatione, & delegatione facta promitti possint vsuræ, futuræ, profectò non video vbi; nam promissæ fuerint hic, saltem eo modo, quo à lege requiritur. nempè in ipso actu delegationis, iuxt. text. in d. l. emptor. ff. de nouatio. Menoch. lib. 3. præsump. 45. nu. 25. in fin. & nu. 26. Sed simpliciter solius sortis facta fuit delegatio, & simpliciter Sépronius acceptauit Caiū delegatū, qui promisit solue re sortem ipsam, & ad omne eius beneplacitū, nulla facta mentione de vsuris, seu interesse. Deinde in alia clausula pœnitus separata inter ipsum, & Caium conuentū est, quòd loco redditus appochecæ suæ, & prætij scutorū tercentum viginti omni anno soluerentur scuta viginti quinque. Qui modus conrrahendi quantum distet ab illo, de quo per DD. in d. l. emptor. (ad hoc, vt veniāt vsuræ secundum aduersantes) & in cuius negotio mul-
25 tum† verba ponderanda esse, & rectè concipienda dixit Imol. ibi, nemo est, qui non videat. In hac èt promissione scutorum viginti quinque, cum non interuenerit Titius illa non est delegatio; eoque magis cū illa nō pro-
26 miserit tanquā debitor Titij, †nec de eius mandato: vt requiritur ad hoc, vt sit delegatio. gloss. & ibi Castr. in l. quamuis. §. si mulier. ff. ad Velleian. Dec. in l. singularia. nu. 27. ff. si cer. pet. Alben. cons. 2. nu. 13. Surd. decis. 23. nu. 6. cons. 145. nu. 3. 4. cons. 269. sub nu. 16.

Et vt omnia plana fiant postquam audiui tex. istum l. emptor non facere ad rem secundum aduersantes, cū

tamen

tamen secundu vtrunque intellectum decidat hāc controuersiam. Sciendum est, ꝙ ibi † quis emerat fundum à 27
tertio, & cum ille esset debitor Sei, delegauit emptorem ipsi Seio, & in delegatione vēditor vsus fuerat his verbis versus emptorem. *Quicquid ex vendito te dare facere oportet, promittis* Seio ? & dixit emptor promitto, Seio præsente & acceptāte. Quærebatur ibi, an vsuræ, quæ ex æquitate contractus emptionis debebātur per text. in l. Iulianus. § ex vendito. ff. de actio. empt. debitæ essent Seio, & dicit textus, quòd illæ, *quæ post insequuti temporis ueniunt, neutri debētur*. hoc est, ꝙ vsuræ futuræ, quæ post delegationē factam veniebant occasione primi cōtractus, nō debētur vēditori, nec creditori, vt formaliter ibi dicit Alber. ratio est, quia per delegationē factam à venditore emptor † statim fuit liberatus ab ipso. 28
Castrens. in l. si vsusfructus. in princip. ff. de nouat. Cagn. in loco inferius citato. Alciat. cons. 117. in princip. in 8. Gobr. consil. 155. nu. 16. & 29. in 1. Surd. cons. 169. sub nu. 16 cons. 145. sub nu. 4. & primus ipse contractus emptionis † ipso iure extinctus. Ang. in l. aliam. in fine. ff. de 29
nouat. & deleg Cagnol. in l. singularia. nu. 164. in fi. ff. si cert. pet. & sic impossibile est, quòd vsuræ amplius ex ipso contractu extincto veniant, quia vt inquit gloss. in d. l. emptor. extincto principali extinguitur accessorium, qd est vsura. Surd. d. cons. 169 nu. 16. ad finem. Creditori autē, cui facta est delegatio, nō debentur illæ vsuræ futuræ: tùm quia ipse nihil vendidit propter quod possit se fundare in æquitate l. Iulianus. § ex vendito. & l. curabit. C. de act. empt. cōtra debitorē delegatum. Secundò, quia obligatio, & promissio cōcepta est per verba præsentis tēporis, vnde impossibile est, ꝙ veniant vsuræ futuræ, vt præcisè dicit glo magna in l. quæro, vers. si fideiussit pro eo, & ibi not. Castr. sub nu. 5. ff. locat. per text. in l. si stipulemur. § cum stipulamur. & l. si à colono 89. ff. de verb. oblig. & sic arguit Cuman. in d l. emptor. de nouat. Tertiò, quia contractus emptionis prius per delegationem erat extinctus, & illo extincto vsuræ non veniūt, quia nō habet substantiā primi cōtractus, & cessante causa, cessat effectus, & quia in nouatione agitur de

30 veteri obligatione immutan la,&†alia pænitus noua,&
diuersa inducenda.l.1.ff de nouatio. Deci.consil.478.in
causa.nu.8. Cagnol.in d. l. singularia. num.1 4.ibique
Purpur.nu.69.& contractus nouatus non habet naturã
31 primi,†nec.eius fauoré,nec priuilegia. Bald.in d. l em-
ptor.& in l.aliam.& ibi Ang. & Castr. ff de noua. Rim.
Iun cons 27 nu.62.cum seq & hoc præcisè dixit Soc in
citatis consilijs 88.col.fin. in 4.179.col fin.in 2 quod est
repetitum cons.130.in 4. nempe quòd vbi primus con-
tractus venditionis extinctus est , & transfusus in alterũ
impossibile est,quòd vsure,quæ debebãtur ex primo de-
beãtur ex secũdo : quia vt inquit et Surd. in tract. de ali-
ment.tit.1 quæst.42.nu.61.vbi transfunditur vnus con-
tractus in alterum primus extinguitur. l. singularia . &
ibi Bart.& omnes ff si cert.pet. & extincto primo extin-
guntur omnia eius priuilegia , & in specie hoc dicit
Bal.in d.l.emptor & in l.aliam.ibique Bart.Angel.Ca-
strens & Imol.ff.de nouat. Dec. loco citat. & Ias. cons.
32 78.nu.11.12.in 1.fallit†tantummodo in dote. Bald.cõs.
318.practica ciuitatis nu.3.in 1. l.aliam. & ibi gloss. &
DD.ff de nouat.& del. gtt. & ꝙ extincto primo contra-
ctu ex quo licitè soluebatur interesse, census,vel canon,
33 si deinde census soluatur,illa dicatur vsura,†scribit Al-
bens cons.217.nu.12.& 15. latiss. Socin.in dictis consil.
88.130.& 179. sequitur Purpur.in l.singularia. sub nu.
9.ff.si cert.pet.Calc.cons.84.col.4 in princ.vers. debuit
stare in terminis dicti contractus Rot. Nouiss decis.67.
nu.2 part.1.vbi dicit,quòd pactũ per quod resoluta so-
34 cietate currãt†adhuc interesse, seu lucrum,dicitur vsu-
ra. Bocca.de contract.societ.nu.133 cum seq.Capic.de-
cis.183.vbi dicit,ꝙ quando debitum dotis trãsfusum est
in alium contractum , primo resoluto non veniunt ex
isto secundo amplius vsuræ dotales,sequitur Surd.dict.
cons.269.nu.18.& per totum.& tract de aliment.tit 1.q.
42 nu.58. Quorum tamen opinio non est vera, quate-
35 nus loquuntur in dote respectu mulier s,vel viri†vt su
pra diximus nu.32.Loffred.cons.52.num.46. Conclusio
verò Capic. & Surd.vera est.in alijs cõtractibus, & alijs
personis.d.l.emptor.& dict.l. aliam.ff.de nouatio.Secun
dus

dus † intellectus ipsius l. emptor est, quod intelligatur 36
etiam de vsuris præteritis, & in hoc casu ponderanda
sunt verba, qu modo concipiantur, nam si simpliciter
qui in delegatione pmiserit certam summam pecuniariam, quam ex primo contractu bonæ fidei debebat, &
tunc illa tantùm summa debet solui non interesse, nec
vsura, quia cum delegatio sit stricti iuris, † in illo con- 37
tractu non veniunt vsuræ præteritæ, nisi expresse promissæ sint, vt inquit ibi Castrens. Imol. & omnes. Si verò verba in delegatione, & promissione latè concepta
sint, nempè si dictum fuisset, quicquid ex vendito, te
dare facere oportet promittis, tunc quia verba sunt magis ampla non restricta ad certã summã veniunt omnia,
quæ ante delegationem debebantur venditori si emptor
debebat soluere sortem, & vsuras tunc cursas vsque ad
dictum tempus, & ille debentur. Cuma. in d. l. emptor. in fin. prout etiam dicit gloss. in l. centum capuæ.
in glo. magna ibi, sed adhuc ff. de eo, quod certo loco.
& glo. Bart. & omnes in d. l. emptor. dicunt, quòd illæ vsuræ. præteritæ non debentur tanquàm vsuræ, sed
tanquam sors, & ratio est: quia cum nouatio facta
sit capitale prætij, & interesse ipsius non considerantur
tanquàm separata, sed simul vnita, & omnia tanquàm
sors simpliciter penitus abstracta, nõ tanquã prætiũ primi contractus, quia per delegationem ille extinctus est,
& in alterum transfusus, † & impossibile est, illum am- 38
plius considerare. Ang. cons. 31. num. 6. Dec. dict cons.
478 num. 8. DD. omnes in d. l. singularia. si cer. pet. sicut maritus quando delegat dotem alteri, illa non dicitur dos in ipso creditore, † nec habetur tanquam pecunia dotalis, sed simplex creditum pecuniarium, & no- 39
uum Surd. d. cons. 269 sub num. 16. 18. & per totum. Iccircò dum dicitur ex aduerso, quòd vsuræ futuræ veniunt, quæ contingebant post delegationem factam, si
expræsse promissæ sint, profectò hoc falsum est, vt in
fortiorib. terminis Surd. d. cons 269. sub num. 30. vers.
secundo respondeo, & præcise Rayn. d. Forol. in citat.
l. emptor. Quando enim quis delegat debitorem suum,
per-

perindè est ac si delegans solueret, quicquid debebat. l. si rem. in fin. ff. de nouat. glo. in l. inter causas. §. absesse. in verbo creditori. ff. mand. Alex. cons. 173. sub num. 1. in 7. Purpur. in d. l. singularia. nu. 66. ibique Cagnol. nu. 166. & omnes alij. Rot. Gen. decis. 60. nu. 11. & decis. 153. nu. 7. cũ alijs. per Surd. decis. 23. nu. 1. & facta solutione impossibile est, quòd vsuræ ex ipso cõtractu per solutionẽ extincto currant, vt. per omnes in l. fin. ff. de eo quod certo loco.

Amplius quando quis delegat debitorem suum præsentem, & promittentem soluere certam summam, vt hic, ille promittit, quòd tunc verè debet primo suo debitori, sed vsuras futuras nõ debet, quia tempus futurũ nondũ venit, ergò impossibile est, q vsuræ futuræ veniant. glos. in d. l. centũ capuæ in verb. augeri. Cum. in d. l. emptor. nu. 4. Rayn. de Foroli in l. 1. ff. de noua. Quæ oĩa multò fortius militant in casu nostro, quia inter Titium, & Caium nullũ appositum erat tẽpus ad soluendũ prætiũ domus, qa statim creato debito statim delegatus fuit Sépronio. Vnde de vsuris futuris inter ipsos Titium, & Caium, nihil vnquã cogitatũ fuit, nec cogitari poterat, quia cũ tunc solũ fuisset initus contractus, cõsequenter Caius nõ erat in aliqua mora soluendi prætium, quia impossibile est, quòd † quis eodẽ tempore obligetur, & in mora constituatur. l. quod dicimus. ff. de solut. Becc. cons. 105. nu. 21. nimirum ergò si simpliciter summa illa delegata tantũmodo fuit: quia illa tãtùm debita erat Titio, non vsuræ aliquæ, & quod nõ est debitũ

40 tium, quia impossibile est, quòd † quis eodẽ tempore obligetur

41 nouari, † nec delegari potest. l. 1. & ibi notat Rayn. de Foroli. ff. de nouation.

Secunda ratio quare vsuræ præteritæ in nouatione, & delegatione venire nõ possint, ea est: quia vt dixi per delegationẽ ipso iure extinguitur primus contractus, eius effectus, natura, & priuilegiũ vnde impossibile est, q ex illo veniãt vsuræ: quia hoc modo duraret, at consequẽs est falsum, ergo, & antecedens; Et hoc est, quod dixit Bald. in l. aliam. ff. de nouat. vbi inquit, nota mirabilẽ

42 casum, quòd † priuilegium primi contractus per nouationem perit, quoniã cũ p ipsam tollatur primus cõtractus,

ctus, cōsequenter & eius priuilegium, qđ nō stat per se, sed illi inhæret, vnde illo de medio sublato per nouationem tollitur. Ias. in l. si. colum. 2. ibi: nec possit de per se, & colum. 3. sub nu. 1. ibi tanquam accessorium. & per totam illam legem. ff. de eo, qđ certo loco. loquens expressè in vsuris præteritis. & Surd. decis. 69. nu. 2.

Modò si dicamus interesse illud esse priuilegium cōtractus emptionis, sequitur, quòd emptione per delegationem sublata extinguatur interesse debitum ex illo. Si verò dicamus illud non esse priuilegium, sed inductum odio morosi debitoris, competens ex contractu emptionis bonæ fidei, & dico, quòd vsuræ præteritæ nō veniūt in nouatione, & delegatione, nisi † expressè promittātur, 43 vel largo modo fiat delegatio vt supra. Si verò promissæ nō sunt nūquam veniunt: vt per Bart. & omnes in d. l. emptor. & in l. aliā. in fi. & præcipuè Imol. & Cuman. nu. 5 quia licet sint fauorabiles per tex. in l. curabit. C. de act. empt. non tñ veniunt, vt per Castr. in d. l. emptor. in fin. qui illum textū l. curabit. adducit & pulchrè Capic. decis. 183. sub nu. 5. Surd. consil. 265. sub nu. 18. & de alim. tit. 1. q. 41. nu. 59. Ias. cons. 78. sub nu. 12. in 1. & tandem ita omnes dicunt in sæpè citata l. emptor. quæ expressè loquitur in contractu emptionis, & venditionis.

Altera ratio est, quia cùm vsuræ in primo contractu emptionis, & permutationis nō fuerint promissæ per stipulationem, consequenter illæ non erāt debitæ iure actionis, solùm venire poterant, quæ Iudicis officio debebātur, † sed facta nouatione cōtractus, vsuræ, quæ ante debebatur iudicis officio, non amplius veniunt. glo. in 44 d. l. emptor in fine. & ibi not. omnes. facit Surd. decis. 69. nu. 2. ergò. At futuræ nullo modo venire possunt, etiam si promittantur amplis illis verbis, quicquid ex vendito te dare facere oportet. d. l. emptor ibi *Vsuras post insequuti temporis neutri debet.* ff. de nouat. & ibi not. Alber. Cū in fi. & omnes alij: qui sic textū illū summāt, & benè Imol. in l. aliā. vers. saluo eo, quod dictum. ff. eod. Surd. d. cons. 269. sub num. 18. At in casu nostro vsuræ aliquæ promissæ non sunt in delegatione, nec èt promittū pro ...

rant, cum ad illas Casus non teneretur siuè præteritas, siue futuras consideremus: quia statim facto contractu, statim delegatus fuit, & quis non potest eodem tempore obligari, & in mora constitui: ergo impossibile est, quòd illas soluere deb at Sempronio.

Tandem pro totali decisione illius articu i videatur Soc.tot. con f. 179. præsertim colum. fin. in secundo, & consilio octuagesimo octauo. columna finali. numero vigesimo primo cum sequentibus. volu. quarto. Vbi quidam vendiderat domum, & prætium † habuisse fassus
45 fuerat, renuntiando exceptioni non numeratæ pecuniæ, deinde emptor promiserat soluere quantitatem dicti prætij sub certa dilatione temporis concessa, & interim pro affictu certum quid singulis annis, decidit ibi Socin. post Abb. cons. 5. in 1. quòd ista promissio de soluendo annuatim facta, est vsuraria, & non valet, per plures rationes, & inter alias, quòd promissio facta per emptorem non potest dici facta ex causa venditionis præcedentis; quia ex quo venditor fassus fuerat sibi prætium solutum, consequenter erat extinctus ille contractus venditionis, & ideò sublata erat obligatio ex illo, pro quo interesse peti poterat & orta deindè erat noua obligatio, ex noua promissione facta sub annuo affictu. Item quia per confessionem de recepto factam fingitur pecunia sibi soluta; vt etiam inquit. Capic. decis. 183. in fine & deinde per ipsum venditorem pro annuo affictu concessa emptori. Quo casu ista dicitur vsura; quia cum primus contractus emptionis fuerit extinctus per concessionem prætij factam, ille amplius non consideratur, sed noua obligatio super pecunia facta. Sum. Coron. cap. de vsura. circa empt. & vend. col penul quo casu cessare debet priuilegium emptionis, & venditionis. Socin. dict. cons. 88. num. 22. in fine. in 4. Et quia vbi primus contractus extinctus est, & transfusus in al-
46 terum, † non consideratur primus, nec eius priuilegia, sed secundus. Soc. cons. 179. columu. fin. in 2. quòd est repetitum in cons. 130. sub num. 18. & 19. in 4. Et ideò concludit, quòd licèt ex primo contractu, quando prætium non fuisset solutum, vel confessatum deberentur vsu-

vsuræ, nihilominus cum ille extinctus fuerit, pro missio ex secundo facta tanquam dependens à mero, & simplici credito pecuniario non valet, licet etiam sub nomine affictus, vel redditus conceptus fuerit. Calcan. cons. 84. column 4. in princip. vers. debuit stare in terminis dicti contractus. Prout & in isto casu: quia pro re mea non possum soluere affictū. l. qui rē. C. loca. Quæ omnia, vt dixi à fortiori decidunt præsentem controuersiam, quia realiter primus contractus inter Caium, & Titium (ex quo aliàs debuisset vsuras, seu interesse prætij delegati) extinctus fuit, & ipso iure per delegationem factam, & acceptationem ipsius Sempronij, & ideo quicquid promisit pro affictu, vel redditu appothecæ, siu prætij est vsura. Rot. Nouiss. decis. 67. par. 1. & tantò magis etiam quia & contractus redditus Sempronij cum Titio, similiter extinctus erat, per renuntiationem factam. Felyn. cons. 20. in princip. & circa finem versic dubium facere videtur. & creditum super appotheca redactum erat ad simplicem pecuniariam summam, vt dicitur in primo instrumento, & in principio probaui: Et quando redditus non inhæret rei stabili, vel fructiferæ, sed in simplici credito pecuniario consistit contractus vsurarius est. Aretinus cons. 151. Viso themate col. fin. vers. quia præstatio non determinatur ad aliquam certam rem. & infra ibi loquitur, quando pro pecunia recepta constituitur census. Surd. cons. 162. & 318. sub nu. 4. & 421. sub num. 1. Atque ita verissimam puto decisionem Socini in dictis consilijs: quia confirmatur ex text in d. l. emptor. ff. de nou. qui præcise loquitur in emptore, & vult quòd nouatione facta, vsuræ amplius non debeantur. l. 3. §. si enim nouatur. C de vsur. & re iudic. quia primus contractus emptionis sublatus est, & extinctus, & si vsuræ in nouatione promissæ fuerint per emptorem non veniunt futuræ, quia impossibile est, quòd extincto cōtractu venditionis vsuræ adhuc currant, quia extincto principali corruit accessorium, cùm agatur ex nouo cōtractu non priuilegiato, quemadmodum primus emptionis contractus est, secundum Socin. cons. 88. nu. 22. in fin. in 4. Benè venire possunt præteritæ, quando illæ

erant

erant debitæ tempore delegationis, & nouationis, quæ
47 tamen non tanquam vsuræ, † sed vti sors debentur, vigore nouæ promissionis, & noui contractus, secundum gl.& Bar.in d.l.emptor.de nou.Siquidem delegatio extinguit primum contractum, nomen, & eius effectum.

Proindè dum pars aduersa insudando curat iustificare contractum istum ex æquitate. l. curabit. C. de act. empt.dicens, quòd contra æquitatem, & iustitiam est; quòd quis gaudeat re, & prætio. vt facit Caius: valdè æquiuocauit non animaduertendo, quòd loquitur contra text.expræssum sæpè dict. l.emptor. & tradit Surd. cons. 269. sub num.18.quia facta delegatione non consideratur amplius primus contractus emptionis, nec æquitas d.l.curabit, patet, quia per delegationem ipso iure est liberatus emptor à venditore, cui aliàs tenebatur soluere interesse ex prætio: creditori autèm, cui delegatus fuit ad nihilum tenetur: quia ab ipso nihil emit propter quod teneatur ad vsuras prætij non soluti.

Secundò in alio lapsi sunt fundantes se in æquitate tex.l.curabit. cum impossibile sit vsuras deberi, seu interesse prætij, cum illud iam fuisset solutum, & realiter videntibus testibus numeratum; vt dicitur in primo in-
48 strumento, & ideò contractus finitus, & absolutus, † nõ potuit nisi per actum retrosimilem renouari.l.1. & 2.C. quando liceat ab emp.disc.& ibi Castrens. & alij. Surd. cons.51.num. 54.Boccat. de censib. parte secunda num. 158.

Ex altero etiam minus sentiunt aduersantes volentes hoc modo iustificare contractum ex persona Caij. quia
49 ius actoris † debet deduci ex iure residente in eius persona, non in persona rei.l.1.§.1.ff. si pars hæred. petat. Ruin.cons.88. num.1. in tertio, & in specie, quòd in-
50 teresse metiri debeat † ex persona agentis text. est in l. vnica. C.de senten. quæ pro eo, quod int & in l. si ea pactione.C de vsur Surd.decis. 170. num. 7. Hinc dicit Nauarra in Manual.cap.17. num. 278. quod vsura non iustificatur ex magna vtilitate emptoris, sed venditoris.

Tertiò non animaduertit pars aduersa, ita arguendo, quòd in alterum incidat errorem, dum conatur sustinere

con-

contractum ex æquitate. d.l.curabit.& tamen non considerat, quòd Caius pro prætio scutorum tercentum viginti ( supposito etiam instrumentum realis solutionis fuisse simulatum ) promisit annuatim soluere scuta vigintiquinque. Quæ promissio de directo pugnat cum æquitate d.l.curabit.quæ non permittit tantas vsuras, nec quòd à principio taxari possint, † nisi ad rationem 51
quinque pro quolibet centenario:vt seruatur per totam Italiam. In summá dico, quòd vbi quis pecuniam prætij debitam ab emptore delegat creditori suo, si postmodum ille delegatus promittit soluere aliquid singulis annis creditori delegato, donec sibi soluat debitum, † il- 52
la est vsura, quia statim facta delegatione pecunia ipsa consideratur tanquam sors, abstracta, & penitus separata à primo contractu emptionis, & conuersa est in simplex creditum pecuniarium, & nouum, per se stans, nullam dependentiam habens à contractu præcedenti. & dicitur sors simplex, vt per gloss. Bartol. & alios in d. l. emptor.& tradunt omnes in l.singularia.ff.si cer. petat. Abb.d cons.5.in 1.Socin.dict.cons.179.in 2. & 88.in 4. Bald.318 Practica ciuitatis in 1. ergo quicquid exindè sorti accedit vsura est. Et istud est, quod scripsit Alciat. consil.117.molendinarij in 8. aliàs consilio 763. quem sequitur Surdus dicto consilio 269. sub numero.16. & consil.445 sub numer.8 post Fulgos.in l.inter causas.§. abesse in fine.ff.mandat. vbi volunt, quòd delegato, quia dicitur solutio, videtur principalem debitorem soluisse pecuniam suo creditori, & deinde creditorem breui manu dedisse pecuniam mutuo debitori delegato, & vltra Alciat & Surdum, hoc expresè voluit Purpur. in d. l. singularia.num. 9. dicens, quòd textus ille, qui loquitur de conuersione vnius debiti in alterũ, & fingitur quẽ soluisse hoc modo pecuniã suã creditori, & deinde creditoré breui manu numerasse alteri, qui ex secundo contractu remanet obligatus, procedit secundũ oẽs Doct. in alijs omnib.contractib.& formaliter exẽplificat in contractu delegationis; quia fingitur principalẽ debitorem, quando nõ mediante delegatione sui debitoris, soluisse pecuniam creditori, & deinde creditorem illam breui

manu numerasse , & mutuasse debitori delegato. Ad quod probandum adducit tradita per Canonistas in capit. in ciuitate. & in capit nauiganti. de vsuris. vbi qui vendunt merces ad tempus cariori prætio , videntur prętium recepisse, & inde breui manu illud mutuasse. prosequitur Purpur. adducendo etiam Abb. in dicto. cons. 5. in primo & Socin. dict. consil. 179. in 2. qui Socinus explicitè loquitur de contractu emptionis transfuso in alterum contractum, & vult, quòd si quid inde soluitur vsura sit. Et in simplici creditore pecuniæ (vt Sempronius est per delegationem hanc, & per renuntiationem iurium factam super domo, & appotheca, & annullationem omnium instrumentorum ) quòd si aliquid promittatur singulis annis, illa sit vsura . inquit Natt. cons. 670. num: 3.

Proinde asserere, vt sit ex aduerso, quòd ad dijudicandum contractum istum licitum attendi debet intentio contrahentium, magis quàm coneeptio verborum , per l. fin. ff. de iure dot. Bellon. cons. 21. nu. 6. cum alijs adductis: Proculdubio istę sunt leues considerationes : quia imò qualitas actus, intentionem agentium demonstrat. l. non codicillum. C. de testam. Crau. in rubr. de legat. 1. num. 46. 47. & pręsertim ad dijudicandum contractum

53 illicitum † formam illius inspiciendam esse dicit tex. in cap. in ciuitate. de vsuris. & ibi glo. in verbo forma . & Rub. cons. 20. num. 2. Vnde ad propositum Nauar. in Manual. cap. 17. num. 212. dicit, quòd iustum, vel iniustũ, non in bonitate, aut prauitate animorum, & intentionum, sed in rerum, & operum externorum ęqualitate, & inęqualitate consistit, secundum Aristot. & D. Thom. per eum allegatos. atque ita quòd nec intentio consideretur, nec et verba, sed effectus ipsius rei ad dijudicandũ an contractus sit vsurarius, vel ne dixit Roland. cons. 55. sub num 28. & seq. in 2. latè Surd. de aliment tit. 1. q. 45. n. 15. cũ seq. Diximus infra Quęst. 6. nu. 33. 34. & seq.

Similiter dum dicitur, quòd esto contractum esse vsurarium, nihilominus cum vsuræ promissæ in instru-

54 mento iurato fuerint † illę solui debent , cum absolutio a iuramento petita non fuerit. Natt. cons. 384. num 9. &

497.

497.num.1. Respondetur, quòd sumus inter hęredes, quinimò & singulares successores appothecę, quibus † 55
iuramentum patris, vel authoris, nihil pręiudicat, latissimè Surd.cons.194.nu.25. Cacher. decis.42. nu 7.& decis.Floren.64.num.73. Sed admisso, vel quòd pater vi ueret, vel quòd filijmet nom inatim, iurando promisissent, non solum sortem prædictam, verum etiam redditus, & census soluere, adhùc non petita absolutione à iuramento possent recusare, vt faciunt, quia adest statutum anno 1560. editum, (& sic ante instrumentum permutationis anni 1563.) prohibens fieri contractus vsurarios, simulatos, vel in fraudem vsurarum confectos, illos annullans, ac instrumenta omnia. Quo casu iuramentum in dicto, † vel alio instrumento appositum nō ligat, nec officit. Alex.cons.170. sub num. 6. in 7. Socin. cons. 97. in fin. in 1. Cacher. cons.77. num.2. Sola in antiquis constitut. Sabaud. tit. de don. minor. gl.5. nu. 28. Corn. alleg. per Socin. iun. cons.3. sub num.38. in 2. Et si Princeps vult vsurarium puniendum esse per Iudicem, non solum in restitutione vsurarum, verum, & in alijs multis pęnis, vt ibi legitur. Profectò per quā absurdū esset, si nunc Iudex totum contrarium faciendo condemnaret Caium ad earum solutionem, cum id facere non possit. Quoniam huiusmodi statuta vallida sunt, vt in specie † inquiunt Natt.cons.369. num 4.6.& 8. cum seq. 57
Rimin. iun cons.218. num.72.& 82. Cacher. decis. 137. num.12. Sol. in antiq. constitut. Sabaud. tit. de vsur. glo. 1. num. 3. Caball. in constitut. Aegid. lib.3 c.12. gloss.1. nu.3. Cassan.cons.63. sub nu. 18. Imò circumscripto statuto, adhuc dico, quòd nullus Iudex potest aliquem cōdemnare ad soluendas vsuras, quia cum vsuræ sint contra iustitiam, vt dicunt omnes Doct. Consequenter Iudex iudicando vsuras esse soluendas committeret iniustitiam. Id quod facere non potest: Cum imò de iure teneatur occurrere † ne soluantur vsuræ, vt post Annan. tradit pulchrè Capic. decis.175. per totam. Lancell. 58
Gal. cons 24. nu.8. cum seq.& num.21.22. Aliter etiam argumentum hoc ex iuramento assumptum, responderi potest, & præcipuè, quòd per errorem, & ex falsa causa

Caius promisit soluere illos redditus vt patet ex ver-
bis in ipso actu promissionis prolatis ibi, & quia non
est æquum quòd Sempronius careat redditu appothe-
cæ suæ prædictæ, & pretio prædicto: At erroneum est,
quòd appotheca illa fuerit vnquam sua, cum illius tan-
tùm emerit antea redditus, & fructus. Surd. consil. 155.
& 162. Similiter dum dixit, quòd non est æquum, quòd
careat redditibus illius. Vtique veritas est in contrariũ,
quoniam si renunciauit redditibus, & fructibus, & om-
nibus iuribus, quæ in ipsa appotheca habebat, & instru-
menta super ipsis redditibus confecta cassauerat, & an-
nullauerat, ergo iniquum est, vt illos habeat, cum semel
extinctum amplius non reuiuiscat. Igitur cum & filij
Caij in instrumento diuisionis ijsdē verbis ferè vsi sint,
59 & magis errorem, & falsitatem continentibus, † ergo nō
tenentur, Ruin. consilio 134. num. 11. in 1. Cephal. consi.
198. num. 11. & sub num. 14. Pasei. consi. 70. num. 27. cũ
60 seq. quia hoc casu † non ligat. Crau. consi. 144. num. 16.
17. consi. 1000. nu. 127. & 129. nec tunc absolutio est à
iuramento ipso necessaria. Menoch. consi. 24. num. 6. 7.
Rimin. iun. consi. 755. num. 53. Menoch. consi. 91. num.
43. Rim. Sen. consi. 345. num. 13. Cephal. 417. num. 12.
Denique ad ista obiecta, quòd vsuræ solui debent, quan-
do promissæ sunt per iuramentum, & postmodum agi
ad repetitionem, videatur Lancell. Gall. consi. 24. num.
61 8. cum seq. & num. 21. 22. † & Borgnin. decis. 13. nu. 49.
& 50. in 2. qui plures affert responsiones, & quod non
procedit iuramentum, quando vsura manifestè probata
est, & videatur ibi, & in decis. 32. num. 69 70. & 71. in 2.
& septem alias adducit Pasei. omninò videndus, consil.
70. à num. 13. vsque ad num. 23 & num. 25. cum sequen.
Verum ego semper fui huius opinionis, quòd cautella
illa statim soluendi, & statim repetendi sit verbalis, non
realis, præcipuè coram supremo Magistratu, qui iudicat
tanquam Princeps, & ex bono, & æquo, qui ideò debet
euitare illos circuitus potissimum stante regula dolo fa-
cis petere, quod statim restiturus es. Vltra quod hic nō agi-
tur de soluendis vsuris, sed dicit Reus illas iam soluisse,
& instat, vt compensentur in sorte, quæ nunc peti-
tur,

tur,quia redditus, † & fructus hoc casu soluti ipso iu- 62
re extenuant sortem. Abb in capit.1. in 2.not de vsur. glo.& Doct.in l.1 in verb.ipso iure.C.de distract. pign. Lup.de vsur. comment.3.§.6.num.143. videatur Paset. d.cons.70.num.18.& 26.

Quoniam vero,his,& pluribus alijs scriptis,non defuit pars aduersa nouas excitare difficultates in hac causa.Responsiones quasdam meas hìc subijcere volui, cū materiæ mihi propositæ multum affines sint, & plurimū conuenire videantur. Perstringendo ergo obiecta ad principaliora dicebatur, q aut primū contractū inter Titium,& Sempronium consideramus, aut secundū cū Caio initum. Si primū patet,quòd domus fuit empta tempore belli Gallorum, exposita ideo magnis periculis incendij,ruinæ,& deiectionis: quia penès Castrum Ciuitatis Casalis,& cōtingere poterat, vt nulli fructus, & redditus perciperentur,vbicunque autem in contractu versatur dubius euentus † ille non potest dici fœne- 63
ratitius.Natt.consil.548 nu.38.39. Botta.cons.56. nu. 15.Brunor. q.1.nu 10 . Nulla etiā prætij iniustitia probata fuit,quæ debet adesse tempore contractus.l.ad rescindendum. C.de rescind. vend. & stante constituto in instrumento,tollitur † ex illo omnis suspitio. Bart.in l. 64
sicut.§.superuacuum. ff. quib.mod. pignus toll. Sola ad const.Sabaud.tit.de pactis inter empt.& vend.gl.vnica. nu.62. Quinimò,† & iuramentum plurimum operatur 65
Pancirol.cons.20.nu.7.Multò fortius bona fama Sempronij,quæ facit,vt contractus non dicatur vsurarius. Corn cons.4.nu.10.in 1.Rolan.cons.38.nu.34.in 1.potissimum quando frequentantur similes contractus in Ciuitate,vt isti,qui fiunt per viros probos,† & commu 66
niter pro licitis habentur.Ias. cons.135.col.4.vers.septimo facit in 4. Sola loco citato nu.53.& cōsiderata principali intentione Sempronij,quæ nō fuit vsuram committere,cessat hoc crimen. Surd.cons.23.nu. 11.

Cæterum ista tanquàm nimis generalia,facilé habét resolutionem. Et ad primū respondeo,quòd non cōstat de allegato bello,sed benè de contrario, vt plura vidi ædicta illustriss.Marchionū,sub anno 1559.in hoc Sta-

ta promulgata,quæ facilè pro rostris patent,euidentissimũ argumentum, quòd Ciuitas tunc à Gallis minimè occupabatur. Infinita autem vidi de anno 1560. Amplius Galli,aut erant amici,aut inimici, si amici nulla aderat ratio suspicandi, quòd dessolatio Ciuitatis, aut domus contingeret,si inimici minus, quia in conflictũ occupationis assertæ,illam non destruxere, nec aliquid mali fecere. Præterea si bellum fuit argumentum diminutionis prætij,pax indè sequuta debebat esse causa illud augendi,arguendo à contrarijs; At tempore pacis anni 1560.Sempronius alteram dimidiam fructus, & redditus appothecæ emit, qui erant de alijs scutis duodecim cum dimidio pro prætio scutorum centum quinquaginta,quòd est idemmet prætium,quo tempore asserti belli altera dimidia fructuum fuerat empta,& sic nullà in hoc casu facta fuit alteratio, & iusta ratio-
67 ne,quia bellum,pestis,& similes calamitates, † non diminuunt de prætio bonorum stabilium, quia ista non habent continuam, & perpetuam causam. Bald. cons. 184.ad intelligentiam.in fin.in 2.Gram.decis.76. num. 141. Castr.cons.109.visa petit. col. 1.circa medium in 2.Simoncell.de decret.inspect.17.tit 8.num.128.in fin Borgnin.decis. 46. num 26.141.153.& 262.in 1. Amplius admisso,quòd de supposito bello appareret, cum tamen domus esset in Ciuitate ista,quæ caput est totius Status, & in qua omnes subditi tempore belli confugiunt,tãquam ad Arcem munitissimam, nulli dubium, q tunc temporis domus esse debebat in maximo prætio & supra iustum,& commune. Rursus si bellum aderet, Sempronius tamen sibi expressè cauerat,quòd redditus & fructus certitudinaliter,indistinctè,& absque vlla exceptione sibi soluerentur,& in certa quantitate, saltem per decennium tunc futurum,vt patet, tam ex primo, quàm ex secundo instrumento cum Titio inito,vbi etiã Inquilinus domus promisit Sempronio soluere scuta vigintiquinque annuatim per decennium,vnde asserta
68 illa consideratio periculi belli cessabat hoc casu,† quia, eo non obstante semper cogi poterat Inquilinus ad soluendũ.Bald.in l.ex conducto. §.1.ff.loca.cum alijs multis

tis per Surd. conf. 61. num. 9.

Similiter quòd domus posset dirrui, quia penès Castrum existeret, nihil est, stantibus prænarratis rationibus, nihilominus in indiuiduo Doctores ad iustificandos hos contractus non considerant malos euentus, † 69 sed an verisimiliter fructus nasci possint, à communiter contingentibus, videantur gl. in l. si eà lege. C. de vsur. Butr. in capit. in ciuitate. sub num. 8. de vsur. Curt. iun. in l. 2. §. mutui datio. sub num. 23. vers. in materia enim. ff. si cert. pet. Grama. decis. 76. num. 14. Natt. consil. 548. sub num. 4. Alex. conf. 121. num. 7. in 4. Bero. in cap. in ciuitate sub num. 9. & in cap. fin. num. 1. de vsur. & dictũ fuit supra in Pacto 4. nũ. 27. & 46. At in casu isto non solùm fructus erant verisimiles, quinimò certi, & infallibiles, quia domus, & appotheca erat locata ad longũ tempus. Zabar. in cap. salubriter. in fin. de vsur. ibique Anania colum. 2. sub num. 6. dicit, quòd si est domus, vel appotheca solita locari, † vel dari ad fictum perpetuum 70 vel temporale, semper fructus sunt certi. Butr. ibi col. 2 sub num. 8. vers. idem dico. & Abb. colum. 1. sub num. 3. vers. nec obstat dictum.

Minus officit, quòd non probatum fuerit de rei valore tempore initi contractus, vt requirebatur, quia si legatur idemmet instrumentum primum, quo Sempronio promissa sunt scuta duodecim cum dimidio ratione fructuum, & redditũum domus, procul dubio resultat † paruitas prætij ex eodemmet contractu, vt inquit 71 Borgn. in. decis. 1. nũ. 20. cum seq. in 2. Salic. in l. 2. nu. 23. in fin. & sub nu. 25. C. de rescin. vend. Loffred. conf. vlt. num. 25. Patet in illo qui empta re statim illam locauit venditori, ad rationem sex pro centenario, nam ex hoc modicitatem prætij probari, & contractum esse foeneratitium, dixerunt Pasct. consil. 70. num. 37. 38. Natt. consil. 498. num. 11. Menoch. lib. 3. præsum. 122. nu. 49. 50. Ioseph. Ludou. concl. 51. col. 7. vers. & stante dicta simulatione, & in duodecima coniectura. Borgn. decis. 2. num. 10. in 2. Calcan. conf. 84. propè finem. & supra in Pacto 3. num. 1. & 10. Iustificatur modicitas prætij ex donatione facta si pluris valebat, † quia frustatoria 72

fuisset donatio,& clausula ista si res non fuisset maioris prætij, secus si fuisset vicissitudinaria, vt quia tàm emptor, quàm vēditor renuntiassent. l. 2. C. de rescin. vend. & donationem reciprocam fecissent inter se, sed cum ex parte venditoris tantùm facta sit, est argumentum efficacissimum, quòd res plus valuerit, & quòd contractus sit fœneratitius, secundum allegatos in alij scriptis in tertia coniectura. Additur Zecch. de vsur. cap. 14. sub num. 3. Bertran. conf. 136. num. 8. & seq. in 2. par. 2. Rip. conf. 21. sub num. 10. vers. 4. coniectura. de oblig. in 2.

Non est etiam verum, quod constitutum in instrumento appositum, contractum iustificet: quia in istis con-
73 tractib. reddititijs suspectis † nihil penitus operatur. Bald. conf. 311. num. 6. in 5 Castr. conf. 74. num. 3. in 2. Gramma. decis. 76. sub num. 2. Rip. conf. 18. num. 26. de oblig. in 2. Iuramentum verò eo magis arguit suspicio
74 nem † si in instrumento fuit appositum. Hostien in c. illo vos de pign. ibique Zabarel. colum. 1. post mediū. vers. & in fine dicit Hostien. Anania sub nu. 7. Io. And. col. 1. in fine vers. in glo. vlt. Butr. in fin. & Abb. num. 5. in fin. & ibi Add. Bona verò fama contrahentis non est probata. Corn. conf. 4. num. 5. in fin in 1. quæ tamen admissa non iuuat in terminis iustificandi contractum,
75 † sed tantùm excusandi contrahentem à pœna corporali. Natt. conf. 498. num. 24. 25. Borgn. decis. 1. sub nu fin. decis. 2. num. 40. decis. 13. num. 19. 21. 22. & 33. in 2. Peguer. decis. 34. Ruger. conf. 53 num. 30. cum seq. Prout ét de consuetudine sic contrahendi non liquet, quinimò vnus ex Dominis Senatoribus fassus est, quòd emptiones redd. tuum, quæ in Patria hac vsitantur, eo modo nō fiunt, & verum dixit si credimus Surd. conf. 155. in prin. & num. 1. & conf. 162. num. 8. 13 & num. fin. in fin. & satis ostensum fuit in alijs scriptis, & supra in Pact 4. nu. 26. quod isti contractus sunt vsurarij, & consuetudo non excusat: vt infra in quæst. seq latius dicetur. Ex his constat Sempronium fœnus exercuisse: quia intentio fœnerandi colligitur ex coniecturis. Castrens. consil. 190. præsens dubium sub num. 4. in 1. & decem nouem dedu ximus coniecturas in secundis scriptis, quibus nulla fa

cta

cta est responsio in specie, nec in genere.

Si verò consideremus secundum contractum Sempronij cum Titio, seu cum Cajo dicitur ex aduerso, q; admissa delegatione, & nouatione, cum tamen retinuerit Caius prætium redemptionis reddituum penès se, potuit, & debuit Sempronius exigere vsuras recompensatiuas, ne Caius re, & prætio frueretur iux text. in l. curabit. C de act empt. Ex his verbis liquet partem aduersam minimè aduertisse ad facti veram speciem. Non .n. verum est, quòd Caius retinuerit penès se prætium redemptionis reddituum, & fructuum domus, & appothecæ: quia certissimum est, quòd ipse permutauit alterã eius domum cum ista Titij obligata ad redditum, & censum: & quia ista erat maioris valoris, Caius realiter soluit pro adequatione scuta 136. Benè verum est, q; ipse Caius emit alteram domum Titij pro prætio scutorum 200. & hos retinuit, sed super ista secunda domo non aderant aliqui fructus, vel redditus constituti, nec à Sempronio acquisiti. Minus etiam animaduertit ad nouationem, & delegationem ante admissam. minus ad text l. emptor. ff. de nouat. Quandoquidem si nouatio, & delegatio facta est, frustratorium est quærere vsuras recompensatorias l. curabit, quia facta nouatione, & delegatione prætij debiti per emptorem, non considera tur an tanquam emptor gaudeat re, & prætio: quia non dicitur amplius talis, sed simplex debitor pecuniarius, quia prætium debitum ex emptione transfusum est, † 76 per nouationem in simplex debitum pecuniarium per se solum considerandum, pro quo debito vsurę, fructus, aut interesse non debentur, vt est text. formalissimus in l. emptor. ff. de noua. aliàs esset vsura, quia quicquid sorti accedit &c. & extincto, & resoluto primo contractu emptionis per nouationem, & delegationem amplius non consideratur, nec illius fauor, vel æquitas, sed secundus, & sua imputet, qui hoc modo contrahere voluit. Viam, quam tibi elegisti, tibi pateat. Quod potuit Sempronius noluit, quod voluit adimplere nequiuit. Poterat ipse non consentire venditioni domus in liberum, & francum allodium in Caium, non etiam tenebatur

nebatur renuntiare iuribus,quæ habebat super illa, & tamen id facere voluit,non est ergò,quòd conqueratur, quòd Caius gaudeat re,& prætio : quia cum extinctus sit primus contractus,& omnia iura, quæ habebat propter illum resoluta sint, & in nouum contractum fir-
77 miorem transfusa,† nihil ex primo prætendere potest. Felyn. toto conf.20. & 21. Soc. in allegatis consil. 88. 130.& 179. Albens.conf.217.nu.15. Thom.Docc.conf. 33. sub nume.9. & 13. vers. nam cum dictum primum, & 14. Et quòd contractu censuali extincto non debeatur amplius pensio scribit Nauar.de vsur.sub num.118. vers.26.quæro.& num.119.quæst.29.quod intelligitur quando extinctus est sciente censuista, vt hic,secus si dolo,vel culpa censuarij,quia adhuc teneretur.

Rursus dicere, quod ex quo Caius retinet prætium domus æquum est,vt Sempronius exigere possit vsuras recompensatiuas. Ista sunt ferè inuicem repugnantia, & incompatibilia,considerando quòd stipulatus est Sempronius tales vsuras debitas ex prætio domus, ad rationem octo,& vltra pro quolibet centenario. Imò ad rationem duodecim cum dimidio pro centenario habita ratione ad secundam domum, pro qua ducentos aureos tantùm soluere obligatus erat,stante quòd alios numerauerat in primo instrumento, quo casu ista non est vsura recompensatiua,sed nimis lucratiua, excessiua,& damnata : quia non potest excedere quinque pro cen-
78 tum,de consuetudine totius mundi, † & si excedit contractus redditur vsurarius; vt formaliter dicit Summa Coron. tit.de vsur.circ.contra emp. col. fin. vers. secunda conditio est fol.43. vbi præcisè exemplificat, quando pro prætio debito ex domo empta, præstantur octo ad rationem centenarij. Borgn.decis.24.nu.23. in 2. Ratio est,quia vsura,seu interesse, quod præstatur ex prætio debito per emptorem,succedit loco fructuum,
79 † & illos excedere non potest.Soc. consil. 179. nu.2. in fin. in 2.Cagnol.in l.curabit.num.24. & 62.C.de actio. empt. Bertaz.conf.crimin.540.num. 10.& 15. At terra regulariter quinque pro quolibet centenario producere solet. Borgn.decis.2.nu.10.11.in 2.Lancell.Gall.cons. 88.

22.num. 13. Domus autem longè minus reddunt, vt supra in Pacto 3.num.12.

Nec dicatur, quòd in censibus regulariter præstantur octo pro centenario: Quia respondetur, quòd longè distat contractus emptionis rei stabilis † à contractu 80
annui redditus,& fructus. In censibus enim,& redditibus pecunia semper abalienata est, & nunquam repeti potest. Si res perit,& extinguitur in parte, vel in totũ, defficit redditus ad ratam. In facultate debitoris est, quocunque tempore se liberare inuito emptore. Si damnum contingat in fructibus, illud est emptoris. Debitor censuarius potest fundum alienare, & alterum supponere inuito censuista, seu emptore census,& redditus. At prætium debitum ex venditione simpliciter debitũ est,& ab inuito extorqueri potest,(vt fit in præsenti iudicio,quo agitur ad prætium scutorum 320) Nulli item subiacet periculo l. aduersus vbi Bart. & Bald.C. de act.& obligat. Non est regulariter in facultate debitoris ad libitum se liberare,sed tempus conuentum expectare debet. Si res perit,suo perit periculo: quia dominus est. Et si damnum contingat in fructibus, nihilominus interesse soluere debet. Bursa. toto cons. 11. & hæc considerat Gabr.cons.81.nume.3.in 1. & sic quo magis redditus,& fructus sunt securi, & firmi, eo magis debet esse prætium,quo emũtur. Sicutè conuerso quando non sunt securi: vt in censibus, & redditibus annuis prætium minuitur,quia plus valent quinque certa,† & 81
infallibilia, quàm octo periculis supposita. Tolet. in summa lib.5.cap.45.& cap.48.vers.solet secundo. & diximus supra Pact.4 num.47.

Ex his ergo iniustitia huius contractus colligitur cũ Caio,quia si domus casmate,incendio,aut ruina perijsset postquam in ipsum alienata fuit, suo cessisset periculo,quia emptor fuit, non Sempronio: quia primus contractus redditũum extinctus fuerat, & sic reflectuntur considerationes adductæ ex Surdo,& alijs. Patet igitur,quòd pro modico prætiolo dato, quod fuit scutorum tercentum consequitur Sempronius excessiuum redditum,scutorum vigintiquinq; annuum, certissimũ, infal-

infallibilem,& vniformem : prout semper sibi solutum fuit & hæredibus, ergò vndique vsurarium : quia solus
82 excessus etiam in modico † contractum inficit. Cassan. cons.63.nu.17.Natt. consil.498.num.11.Cephal. cons. 290.nu.7.& per totum.

Et stante,quòd primus contractus fructuum, & redditum factus cum Titio erat extinctus,resolutus,& annullatus, promissio deinde facta per Caium de soluendo vigintiquinque aureos annuatim loco fructuum, & reddituum, istud dicitur explicitum vsuræ pactum: Quia aliud est promittere aliquid loco redditus,& census,aliud censum, vel redditum constituere super certo
83 fundo,& deinde illũ promittere, † quia ille licitus est, primus illicitus est,& vsurarius.. Moder. Paris.de vsur. quęst. 57.num.403.in fine. facit Corn.cons 240 nu.31 in 3. Minus rectè ergo dictum fuit,quòd promissio illa facta per Caium succedit loco conductionis dictorum reddituum: quia cum illi extincti fuerint per alienationem domus factam in liberum, & francum allodiũ. Item per renunt iationem factam de iuribus, quæ habebat super illa,item per cassationem instrumentorum in quibus redditus continebantur,sequitur, quòd cum tempore conductionis non adfuerint, illi etiam minimè conduci potuerint,quoniam non entium nullæ sunt qualitates. Præterea si erant fructus, & redditus extincti, non potuerunt per simplicem illam promis-
84 sionem suscitari. † ita Abb.cons.5.in princip.in 1. Boccat.de censibus .par.2.sub nu.158.vbi dicit,quòd requiritur actus priori similis. Amplius si Caius acquisierat secundam domum,& pro prætio restanti sibi datum erat tempus ad soluendum: quo casu dicebatur dominium in ipsum translatum.§. venditæ. Instit.de rer.diuis.& ibi glo.in verbo *fidem*, & Doctores omnes sequitur, ꝙ fructus etiam domus ad ipsum pertinebant tanquam dominum l. fructus.C.de act.emp.ergo non potuit postmodum illos conducere:quia in re propria cõductio non datur. ita Abb.dict.cons.5.num.1.in 1. Soc. cons.179.in princ.in 2.

Cessat tandem consideratio illa circa assertam quan-
dam

dam correſpectiuitatem contractus renuntiationis cū iſto ſecundo promiſſionis, vult enim Sempronius inferre, quòd aliàs ipſe non renuntiaſſet iuribus ſuper domo, niſi & ſibi promiſſa fuiſſent illa vigintiquinq; quotannis: quia vnico contextu hæc omnia celebrata fuere, & correſpectiuà dicuntur indiuidua, † adeout vnum 85
ſine altero ſtare non poteſt. l. etiam. §. ex cauſa. ff. de minor. Crau. conſ. 949. num. 18. 19.

Hæc inquàm in terminis noſtris ſunt incompatibilia & inter ſe repugnantia, meritò ceſſat correſpectiuitas. Albenſ. conſ. 45. ſub num. 3. verſ. ſed hæc illatio. & verſ. procedit igitur. dicens, quòd regula illa, per quam duo actus facti incontinenti cenſentur correſpectiui, procedit quando inuicem ſe ſe compatiuntur, † ſed ſi ſint contra- 86
rij, ſecus eſt. Similiter Alciat. conſ. 12. nu. 15. in 3. dicit, quòd licet ſequens contractus præſumatur fieri in exequutionem præcedentis: ſecus tamen eſt, † quando ex- 87
præſsè illi contradicit, & repugnat. At in caſu iſto dicere, quòd Sépronius renuntiauit redditibus, & deindè illos ſibi promitti voluit, iſta ſunt inter ſe cōtraria: q̄a renuntiare, & habere ſunt contraria, & repugnantia.

Rurſus ſi renuntiauit redditibus, quos habebat ſuper domo, & deindè voluit illos ſibi promitti à Caio actione perſonali, iſte eſt contractus vſuratius: quia ſi redditus, & cenſus annuus non creatur ſuper certo fundo fructū reddente, ſed actione perſonali promittitur, † & generaliter 88
ſuper omnibus bonis, contractus vſurarius eſt. Valaſc. de iure emphit. q. 32. num. 10 & ſequent. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. rub. de conſt. cre. cenſ. num. 47. cum ſeq. Brunor. quæſt. 4. num. 2. & ſeq. Nauar de vſur. num. 76. & ſeq. & 181. & ſeq. multò magis iſte eſt vſurarius: quia nec ſpecialiter, nec generaliter aliqua bona ſuppoſita fuerunt, ſed ſimpliciter promiſſum per Caium, quòd ſoluet quotannis ſcuta vigintiquinque, & longè poſt obligauit omnia eius bona pro obſeruantia contractus, quod non ſufficit. Milanenſ. 2. num. 179. in 2.

Inſuper ſi contractuum correſpectiuorum ea eſt natura, vt vnus ſine altero ſtare non poſſit, vt ex aduerſo dicitur, ſequitur, quòd illi nō ſunt correſpectiui: quia eſto, q̄

Caius

Caius non solueret vsuras scutorum vigintiquinq;, adhuc renũtiatio facta per Sempronium super domo subsisteret,& valeret,quia illa facta est ad commodum Titij,vt posset deinde in liberum allodium alienare domũ in Caium iure permutationis, quia ipse etiam in liberum allodium domum suam concedebat Titio, licet illa Titij esset maioris valoris dictorum scutorum 136. & ita etiam renuntiatio præcedit alienationem, promissio verò scutorum 25. facta est in alio instrumento separato,& post absolutum contractum inter Titium, & Sempronium,in qua promissione Titius non interuenit,quia iam soluerat per delegationem acceptatam per Sempronium,& ideo nihil ad Titium,si Caius non solueret vsuras:quia ambo contractus sunt separati per
89 se consistentes,& perfecti † quo casu vnus non est correspectiuus ad alterum. Rot. Gen. decis. 15. num. 18. Dec. in l. in bonæ fidei. sub num. 11. vers. sed in isto casu. C. de pact. Natt conf. 133 num. 5. 6. & conf. 614. nume. 16. Bald. in l. cum eiusdem. ff. de ædil. edict. latè Rmin. iun. cons. 404. à nu. 1. vsque ad 41.

Admisso tamen quòd contractus sit correspectiuus, item indiuiduus, fieri tamen non potest,qu in sit vsurarius:quia nec auarus aliàs mutuaret eius pecuniam, nisi sibi promitteretur certum quid annuum:quia præsumitur velle contrahere,nisi cum pactis adiectis. Surd.cons.
90 217. nu. 1. & 20. Et tamen contractus est vsurarius, † quamuis correspectiuus, Capic. tota decis. 49. Anania in cap. tuas dudum. num. 2. vers. & inter alia allegat. de
91 vsur. & Borgnin. decis. 24. num. 21. in 2. dicit, † quòd in contractibus illicitis,& vsurarijs vtile remanet,& inutile vitiatur. Prout,& in casu Abb. cons. 5 in 1. dici poterat,quòd contractus erat correspectiuus,vnicus, & solus, quoniam non præsumitur venditorem illum domus voluisse prætium consiteri, nisi sibi promitterentur illa quinque pro centenario,& tamen dicit contractum esse vsurarium,& Soc. cons. 179. colum. fin. in 2. & cons. 88. in fine in 4. Summa Coron. cap. 8. de vsur. circa contr. empt. colum. penult. propè finem, ibi reliqui quingenti vult, vt solui possint hinc ad tres annos, non de-

bet

bet in contractu confiteri recepisse illos fol. 41. ratio est, † quia stante confessione prætij recepti fingitur pecunia sibi soluta, & deinde per ipsum breui manu emptori mutuata, vt isti dicunt, & Capic. dec. 183. in fine. Vrsil. ad Afflict decis. 284. num. 2. in fin. vnde emptor deinde promittendo quinque pro centenario prætij mutuati, iste dicitur contractus vsurarius, prout in terminis, supra ostendimus num. 52. contractum istum esse in effectu mutuum, & consequenter vsurarium. 92

## SVMMARIA.

1 *Consuetudo celebrandi contractus liuellarios non valet, nec contrahentes excusat. & nu. 2. Nisi à pœna corporali nu. 2.*
3 *Fructus restitui debent, in contractu liuellario.*
4 *Consuetudo celebrandi contractus liuellarios, tantò magis aggrauat. & num. 8. Quia post Bullam de censibus adhuc continuari num. 10.*
*Corruptella dicitur, non consuetudo nu. 5.*
6 *Consuetudo mala non excusat à pœna vsurarum, de iure canonico.*
7 *Communis vsus, & obseruantia non facit licitam vsurarum extorsionem.*
9 *Contractus præsumitur vsurarius, ratione loci.*
11 *Contractus liuellarius magis est lucrosus, quàm annui redditus, & census.*
12 *Contractus liuellarij non sunt reformandi, etiam facti ante Bullæ de censibus constitutionem.*
13 *Scelere à principio, vel ex post facto, & in negligentia permanere paria sunt.*
14 *Perueniens ad notitiam hæredis alia bona non inuentariata, quæ negligat addere in inuentario, præsumitur vsque à principio voluisse illa occultare.*
15 *Reus quando condemnetur in expensis, etiam ante instrumenti productionem factis ab actore.*
16 *Contractum liuellarium celebrans tenetur inuestigare, an sit licitus, & num. 8.*

Quia

*Quia sat est, quòd sciat, vel scire possit, non esse licitum.* 17.

18 *Ignorantia non excusat, vbi quis tenetur inuestigare.*

19 *Emptio pracedens contractum linellarium est fictitia, & simulata.*

20 *Emens rem, non est verisimile, quòd rursus eandem acquirere velit.*

21 *Contractus annui liuelli est pro substantia veritatis, emptio verò praecedens pro cautella, & vellamento acquirentis.*

22 *Instrumentorum multiplicatio, & variatio arguit fraudem.*

23 *Probibitum de per se, non potest etiam fieri in consequentiam alterius actus permissi.*

24 *Vsura vsurarum sicut prohibita sunt eodem modo prohibitū illas redigere in sortem, & pro tota summa, vsuras stipulari.*

25 *Pecunijs indigens quacunque pacta facit sibi praiudicialia, vt illas consequi possit.*

26 *Filiofam. mutuare, sicut prohibitum est, sic & eidem uendere suppellectilia domus, ut illis distractis, pecunia utatur.*

27 *Bulla de censibus promulgata ad tollendas vsuras, & illicitos contractus.*

28 *Lex Papa annullans contractus illicitos non potest tolli per inferiores, nec per eorum consuetudines.*

29 *Consuetudine illicita reprobata, ignorãtia amplius non excusat.*

30 *Contractum rescindi posse sciens, non dicitur in bona fide.*

31 *Ecclesia si transtulit fundum liuellarium in alterum extraneum vendicari adhuc potest à domino.*

32 *Fœnerari non licet, etiam pro erroganda pauperibus elemosina.*

33 *In illicitis quis non excusatur, licet non contrahat ad proprium commodum.*

34 *Contractus diudicatur ab eius forma, & essentia.*

35 *Bona fama, nobilitas, uel religio non excusat, quin contra-*

*contractus declaretur illicitus, si talis est.*

36 *Consuetudo an sit bona, uel mala, inspicitur finis, & eius effectus.*

37 *Consuetudo non potest ualidare contractum, in fraudem vsurarum confectum.*

38 *Fructus in sortem sunt computandi, in contractu facto in fraudem vsurarum.*

39 *Bona emphiteutica, & liuellaria, quare in ecclesiam, & uniuersitatem alienari non possint.*

40 *Spes plus lucrandi, consideratur in faciente contractũ liuellarium.*

41 *Vsurarius est, qui sperat lucrum ex pecunia data.*

42 *Vsurarium facit mala intentio.*

43 *Fœnerandi intentio colligitur ex coniecturis.*

44 *Contractus in dubio præsumitur vsurarius, in foro animæ, & conscientia.*

45 *Forum conscientiæ attenditur in contractibus religiosorum.*

## QVÆSTIO VI.

*Consuetudo celebrandi hos contractus liuellarios, num ualeat, & an contrahentes excuset.*



TAndem illa sese nobis offert quæstio, An consuetudo conficiendi similes contractus excuset, & bonam fidem inducat, itaut illos valere dicendum sit. Equidem generalia omittendo dico, †quòd consuetudo illa 1 non valet. Bero toto consil. 167. in 1. Rim. Sen. 450. num. 47. 48. Lupus de vsur. in præfat. §. 4. num 1. excusat tãtùm † à pœna, itaut contrahentes puniri corporaliter non 2 possint, sed per hoc non saluat contractum: quia annullatur† & fructu. restituuntur. Natt consil. 498. num 24 3 25. Tiraquell. ad finem. de retr. conuent. num. 129. Rim.

Sen.d.conf.456.num.9.47.& 48.Borgn.decif.1.fub num. fin.decif.2.num.40.decif.13.num. 19.21. 22.33.in 2.Sola in prohemio decret.Sabaud. glo.fin.fub num.11. Ruger.conf.53.num. 30. cum feq. in 1.Rimin. iun. 177. in fin.Surd. conf. 327.numero 51. Peguer. quæftione 34. Tanto magis ftante Statuto noftro de fimulat. contractuum. Caftrenf.confilio 109. vifa petitione numer.1. in 2. Gratus confilio 11. fub numero 26. in 2. Albenf. confilio 512. numero 2. Lud. conclus 51. columna 5. verficulo fimiliter quando. amplè Riminald.iunior confilio 218.numero 56. Clem. vnic.de vfuris expræfsè reprobat ftatuta,& confuetudines vfuras permittentes, & illas nominatim abrogat, & annullat, ita etiam contractus in eius fraudem confectos, vt ibi, *diuerfis coloribus, & fraudibus exquifitis*. tex. expreffus in capit. in ciuitate. de vfur. ibi *in ciuitate tua dicis fæpe contingere*. vbi contractus ille emptionis, & venditionis,frequentabatur in ciuitate,& tamen reprobatur, in quo tam præiudicialia non concurrebant pacta, prout
4 in ifto. Quinimò tantùm abeft, vt confuetudo ifta † excufet,vt imò magis aggrauet: quia grauiora funt peccata,quantò antiquiora cap. fin. de eo, qui dux. in vx. cap.non fatis,& capit.fequent. de fimon. Parif conf.68. num.46.in 4.Roiz.decif.vlt.nu. 170. vbi num.146.negat
5 hanc poffe dici confuetudinem, † fed corruptellam, & machinationem.

6 Imò ifta confuetudo †non excufat à pœna vfururum, de iure canonico. Riminald. iun. confilio 218. numero 53. & 57.confilio 399.numero 56.& feq. Bero.207. numero 16. in 3.Natt.586. columna finali Lup. de vfuris comment 4.quemquam. num. 65. quia communis vfus,
7 †& obferuantia non facit licitam vfurarum extorfionem.capit. quia in omnibus. de vfur. Cephal. confilio 549.numer.77. Et quòd confuetudo ifta magis aggra-
8 uet,quàm fubleuet, † patet ex Afflict.in cap.1. numero 29.tit.de feu.dat. in vic. legis.cōmif.Cepo.de fimulatione contractuum præfumpt.21.numero 147. vbi dicunt, quòd ex eo, quòd fic practicantur contractus in aliqua

ciuitate, tanto magis præfumuntur vfurarij † quia ra- 9
tione loci contractus arguitur vfurarius. Cepol.dicta
præfumptione 11. numero 147. Mafcard.de probation.
conclufione 445. numero 11. Sola ad conftit. Sabaudiæ
titulo de pact. inter emptorem & vendit. gloff. affiduæ
fub num.13.fol.117.Menoch. lib.1.præfumpt 122.num.
95.Iofeph Ludouic.concl.51.colum.5.verf. imò quando
& col.9.verf.decima coniectura. Frequentia in iftis per-
fonis celebrandi hos contractus, illos nullo modo libe-
rat, fed tantò magis condemnat. Anchar. in cap. peccati
venia.fub.num.7.verf.& videtur ex prædictis.de reg.iur.
in 6.Laderch. Imol.conf.132.fub num.5.Rim Sen.conf.
450.num 15.Corn.conf.4.num. 5. verf. item poffunt.
in 1. potiffimum, † quia poft Bullam Pij V. de cenfibus 10
nō fe abftinuere, fed cōtractu cenfus nō cōtēti (qui confti
tutus fuit à Sanctiffimo Pontifice ad tollendas vfuras, &
illicita lucra, vt dicitur in prohemio.) voluerunt potius
pacifci fuper eorum pecunijs, ad rationem quinque pro
centum † fub natura emphiteutica, contemplatione ma- 11
ioris quæftus, quàm ex illo annuorum cenfuum. Indies
enim contingunt caducitates, deuolutiones, & alienatio
nes, ex quibus penfiones augentur, quod nō datur in cen-
fibus, vnde nil mirum fi ab illis recedunt, & ad iftos fe
conuertunt, quod deteftandum eft. cap. quia in omni-
bus, ibi *alijs negotijs prætermiffis*. de vfuris. Bald. confil
154.inftrumentum fic dicit.fub nume. 3. verf.in contra-
rium.in 2. Calc conf. 83.pro inueftiganda.in fine. Natt.
conf.497.fub nu.15. Vfqueadeo quòd etiam fi per quin-
gentos annos ante ædita fuiffet Sanctiffima Bulla de cen-
fibus, † non effent adhùc ifti excufandi, nec contractus 12
eorum reformandi: quia nihilominus poft illius pro-
mulgationem, non fe abftinuerunt, fed in huiufmodi
contractus celebratione perfeuerarunt, tanquam magis
lucrofius.l.2 §.circa ibi *dolo facere*, & ibi. *eo quòd perfe-
uerat*. ff de doli excep. Paria funt fcire à principio, † vel 13
ex poft facto ad notitiam peruenire, & in negligentia
permanere.gloff.in l. 3. in verbo cognitum, & ibi Bald.
nu.7.C. de inceft.nupt & Guid Pap.conf 42.num. 5. in

14 fine dicit, quòd si alia bona vltra inuentariata † perueniant ad notitiam hæredis, & perseuerat non addendo, videtur vsque à principio illa occultasse. Sic
15 reus absoluitur ab expensis factis ante productionem instrumenti, † quod longè distulit actor producere in iudicio: quia præsumitur, quòd si à principio productum fuisset, & illud vidisset, liti cessisset, at si non obstante productione adhùc litem prosequitur condemnatur in omnibus expensis: etiam ante instrumenti productionem factis: quia verisimile est, quòd litigasset, etiam si ab initio de instrumento scientiam habuisset. Roman. singul. 401. alio sero. Dec. in l qui in alterius. & ibi Cagnol. de regul. iuris. Dec. consilio 240. scripsi aliàs numero 3. Natt. consilio 231. numero 4. Honded. consilio 83. numero 64. 65. pulchrè Aret. in l. diuortio columna 3. in fine. versiculo sed contra istud vltimum. ff. so uto matrimonio. Isti enim
16 tenebantur † inuestigare an contractus esset iustus, vel iniustus. Cauet. consilio 131. nnmero 10. & sufficit,
17 quòd sciant, † vel scire possint contractum esse suspectum: etiam si alteri successissent. Abb. consilio 12. numero 1. in fine. & numer. 2. in 2. Alexand. consilio 121. sub numero 11. in 4. Ignorantia dicitur supina,
18 † quia tenebantur se informare de validitate horum contractuum. Riminald. Iun consil. 399. numero 56 57. Nauar. consil. 1. in fine. titulo de summ. Trinit. & fide Catholic. lib. 1. Vbi quis tenetur procurare, vt sciat, paria sunt scire, vel scire posse. l. qui contra. & ibi Bartol. C. de incest. nupt. Dec. & Cagnol. in l. qui cum alio. de regul. iur. Ignorantia non est sine aliqua culpa nolendi scire, vel negligentiæ discendi. Nauar. loco citato. Et ignorantia in his, quæ sunt iuris clari non excusat. capit. ignorantia. de regul. iuris. Hic clarum erat ius, & clarissima intentio non emendi, sed dandi pecunias ad firmissimum lucrum, indies augendum. De primo patet manifestissimè, nempè quòd prior † emptio fuerit fictitia, & simulata, nam ta-
19 citi, & expræssi idem est iudicium, at vigore huius contractus

tractus sub natura emphiteutica initi, insurgit ista conuentio, quòd si voluerit emphiteuta vendere rem, teneatur potius vendere concedenti, & inuestienti, quam alteri.l. finali. C. de iure emphiteut. & ita seruatur, & contractus secundum consuetudinem celebratus præsumitur. Card Mantic. præceptor aliàs meus summè colendus. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 1. titulo 2. numero 16. ergo illa prior emptio fuit nulla, & simulata: quia nullo modo consonat auribus, quòd si in-
uestiens rem ipsam † prius verè emisset, quòd rursus 20
voluisset illam emere pro alio, & diuerso prætio. Rip. consilio 6. & 7. de obligat. in 2. minus pro eodem. Bald. consilio 125. tres fuerunt. sub numero 2. in 1. Cepol. de simulation. contractuum præsumptio. 4. numero 96. in fine. Barbat. consilio 8. columna 10. sub numero 7. in 4. Contractus ergò iste annui liuelli percipiendi
est pro substantia veritatis, venditio † autem pro 21
vellamento, & cautella Confraternitatis. Grammat. decis. 76. sub numero 5. Si credebant contractum licitum, ad quid illum recta via non facere? Ad quid vti tot circuitibus, & exquisitis cautellis? multiplicibus in-
strumétis, † & variationibus, statim emendi, & alienandi? 22
vtique omnia præseferunt malam afuisse intentionem. Cepol de simulat contract. præsump 19. num. 65. & 143. Menoch. cons. 109 num. 22. & lib. 3. præsump. 109. num. 35. 36. & præsumpt. 122. num. 88. Rip. cons. 7. num. 9 de oblig. in 2. Mascard. de probat. concl. 442. num. 4. Corn. consil. 215. ad finem in 3. Bec. consil. 52. num. 79. cum seq. Ludou. concl. 51. conrect. 16. Marius Angus. consil. 53. num. 14. 15. Ceph. cons. 198. num. 21. Crau. cons. 156 num. 21. in fine. Sciebant prohibitum esse aliquem supponere bona sua prætio recepto, sub natura emphiteutica: quia resultat pactum commissi, deuolutionis, laudimij, prohibitionis alienationis, quæ omnia sunt contra Bullam Sanctissimi Pij V. ergo non poterit etiam fieri præmissa emptione rei concessio eiusdem in emphiteusim
vendenti: quia vbi vnum est prohibitum de se, † non 23
potest etiam fieri in consequentiam alterius actus per-

missi. Socin.in l.si quis nec causam.num.9.ff.si cert. pet.
24 Ideo sicuti prohibitæ sunt vsuræ vsurarum, eodem † mo do prohibitum est illas redigere, & conuertere in sorte, & deinde pro tota summa vsuras pacisci, & stipulari: quia idem resultat effectus,& finis.l.finali.C.de vsur.Socin.in l.si tibi.sub nu.7.ff. si cert.petat.Valasc.decis.56.in princip. Anan.in capit.tuas dudum.num.2.in E.de vsur. Peregr.de iur.fisc.lib 6.tit de debit.fisc.num. 33. vers. & per prædicta, eoque prius Mod-rn. Paris.de vsur. quæst. 24.ad finem sub nu 234.vers.secus si debitor. ergo idem dicendum est hic: Nam quæ differentia est, emere census,& annuos redditus super proprietate alterius, cum pacto laudimij commissi,& deuolutionis,(quod est pro hibitum)vel emere rem alterius,& deinde super illa cõstituere annuum redditum cum pacto commissi, & deuo lutionis? (prout fit celebrando contractum sub natura emphiteutica,)certè inspecto fine,& effectu, idem resultat contractus,ergo vtrumque prohibitum.d l.fina.C.de
25 vsur.& tanto magis: quia miser pecunijs indigens † sua non videtur interesse,cum res non recedat è manibus, & possessione sua,& quæcunque pacta facit sibi præiudicia lia,vel constituendo redditum à principio, vel vendendo rem,& deindè recipiendo in emphiteusim, vt pecuniam habere possit,de qua plurimum indiget. Bart. in l. si ex cautione,num.7. C.de non nume. pec. Tanta enim est facilitas debitoris,pecuniam quærentis, vt faciat instrumentum creditori, qualiter vult. Boer. consil. 12. nume.2. Afflict.in cap.1. post princip. tit.de feud.dat.in vic.leg.commiss. Ideo sicuti prohibitum est filiofamilias
26 mutuare,sic vetitum ipsi vendere † frumentum, vinum, mobilia, seu supellectilia ad tempus, qui indè illis distractis pecunia vtatur. l.si filiusf.§.1. & l.sed Iulianus. §.sed si fiaus.ff.ad maced.glo.in l.3.in verb. *dubium*. C. eod.titul. Quod sæpè vidimus inter quosdam non artifices,nec talium suppellectilium, seu mobilium negotiatores,& filiosf.minimè illis bonis indigẽtes, nec pro eorũ vsu ementes,sed vt inde pecuniam extrahere possint, scientibus venditoribus,qui potius mutuasse,quàm ven

didisse

didisse dicuntur, in fraudemque Senatusconsul. Maced. contraxisse,& consequenter nulliter:quia in eorum damnum omnia redundant.

Bulla de censibus fuit constituta ad tollendas vsuras, & illicita lucra,† quæ in redditibus emendis committi 27 solebant. Boccat.de censibus. par. 2.num.20. & declarat contractus aliter factos vsurarios. Nec consuetudo facit, quin tales declarentur, & iudicentur: quia lex Papæ annullans contractus,† non potest tolli per inferiores, nec 28 per eorum consuetudines,maximè cum nominatim illas reprobet,& damnet. Boccat.d.num.10.& 36.in fi.& par. 3.num.32.in fine. & num. 41.42.sublata ergò, & reprobata consuetudine, † ignorantia amplius non excusat, 29 nec etiam mulierem,nec rusticum. Natt. consil.497.nu. 7.& 8. Borgn. decis. 13.num.22.in 2. nec minorem.idem decis.32.sub nu.65.in 2. Sanctus Ioannes in Euang.cap. 15. ex ore Christi dixit. *Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo*. Non ergò quis dicat hoc casu putasse contractum licitum:quia non excusabitur,nec dicetur in bona fide. Alexand.cons. 54. num. 3.in 6. subdens num.10. quòd † qui scit cōtractum posse rescindi,dicitur in mala fide, sed hic sciebat posse rescindi,vt ex Bulla de censibus,quia parificantur ista,contractum posse rescindi, vel reduci ad formam honestatis,& æquitatis iuxta l.2.C.de rescind. vend. vnde quis dicitur in mala fide,& nunquam præscribit. Alex.d.cons. 54.num.10.in 6. Tesaur. decis.139. num. 11. 30

Si confraternitas postmodum tradidisset alteri fundū vendicari posset: † quia ille cum habeat titulum à malæ fidei auctore non præscribit, etiam longo tempore. Alex.d.cons.54.nume. fin.Modern. Paris. consil.41. numer.4. 31

Non obstat,quòd istæ sint piæ personæ, & confraternitates,quæ non ad proprium commodum contrahunt, sed pro pauperibus,aut ecclesia. Crot. cons.244.sub nu. 16. 17.cum seq. in 2. quia Butr.in cap. fin. col. 23. vers. 4.de consuetud. dicit, † nō valere consuetudinem,quòd 32

ad publicam vtilitatem, pauperum eleemosinam, vel redemptionem captiuorum, liceat fœnerari, & illicitos inire contractus. Doctores in capitul. super eo. de vsur. & Cepol. de simulatione contractuum præsumptio. 2. numero 54. dicit, damnandos esse clericos, qui sæpissimè sub prætextu, quòd possint facere meliorem suæ ecclesiæ conditionem, illicitos faciunt contractus, in damnum proximi. Dec. consilio 228. pro defensione. in fine consil. 564. in causa nume 1. consi.
33 650. in fine. Et in illicitis † quis non excusatur, licet pro alio, & non ad proprium commodum contrahat. Alciat. de præsumption. in princip. capitul. 2. incip. secunda pars præsumptio. numero 1. & 2. Rip. in capit. decernimus, sub numero 41. versiculo secundo limita. de iudicijs. Plot. de in lit. iur. §. 49. numero 27. versicu. 1. limitatur Rot. Florent. decisio num. 30.
34 Non enim est curandum ad cuius vtilitatem sit factus † contractus, sed qualis sit, inspecta forma, & modo ineundi. Bald. in l. cum. qui mutuam. in fine. C. si
35 certum petatur. Ideo ex eo quòd quis sit vir bonus † bonæ famæ, nobilis, vel religiosus: non excusatur in his contractibus. Riminald. iunior. consilio 218. numero 65. Rot. Auenion. decisio. 58 numero 2. iunctis numeris 4. 5. & in fine. Borgnin. decis. 1. numero 84. & sequent. in 2. Valasc. decisio. 56. numero 4. Barbat. consilio 72. columna 15. versiculo & sic non sequitur Dominus Venturinus in 4. Corazan. decisio. Lucan. 41. sub numero 41. 43. cum sequentib. Calcan. consil. 84. columna. 2 versicul. item quia probatum est. & numer. final. in fine. Nam etiam contra Religiosos, & Præsbyteros, in specie scripserunt. Laderch. Imol. consilio 132. Purpurat. consil. 505. Bertrand 287. cum præsuponatur in 2. parte prima. consilio 111. ponitur in tacto in 3. part. 1. Bero. consilio 84. numero 12. 13. in 3. & Barbat. consilio 66. columna 5. post medium in 2. dicit, quòd religiosi debent tanto magis ab illis contractibus se abstinere. Corn. consilio 4. circa finem versiculo 6. in 1. quia plus peccant quàm laici, capit.

si quis oblitus. capit. ne hoc & capit. sequen. 14 quæst. 4 Berou. in capit. 1. numer. 112. de vsur. & consilio 84. numero 12. 13. in 3. & nullus est liber à peccato vsuræ, directè, vel indirectè commissæ. Ang. consilio 243. pactum adiectum. in fin. Berou d. ctoconsilio 84. numero 12. & 13. Barbat. consilio 8. sub numero 1. & per totum in 4. Borgnin. decis. 13. numero 11. & 3, in 2. & consuetudo non potest † validare contractum vsurarium, vel in fraudem vsuræ confectum. Caballin. Milleloq. 810. Surd consilio 327. numero 51. & sequentib. Bero. Natt. & Peguere de quibus supra numero 1 & 3. In tantum, vt quilibet teneatur ad restitutionem illius, quod superest † facta compensatione æquiualenti, summæ in sortem. Menoch. dict. præsumptio. 141. numero 97. Lud. d. conclu. 51. col. 4. vers. quando tamen. Surd. dicto consilio 327. num. 51. Borgn. decis. 1. ad finem, & decis. 2. num. 40. decis. 13. num. 19. 21. 22. 31. 32. 33. & sequent. in 2. Rimin. Sen. scribens in causa Mant. cons. 450 num. 47. & 48. 36 37

Denique, an consuetudo sit bona, vel mala † approbanda, vel reprobanda, semper inspicitur finis, & eius effectus, an bonus, vel reprobus sit. glo. in cap. 1. in verbo rationabilia. de constitut. in 6. Gail. lib. 2. pract. obseruat. 31. sub num. 13. Ista respicit iniquum finem, & effectum: quia cōtractus tendit ad priuādū dominos bonis suis, quæ nunquam à concedente prouenerunt: Vndè dicebat Calcan. consil. 84. viso casu proposito num. 19. quòd isti cōtractus sunt contra charitatem, & pietatem Christianā: quia intendit cōtrahens locupletari, cum grauissima proximi iactura, si non soluat statuto tempore liuellum, & pensionem sibi debitam propter pecuniam solutam. Et intentio illa plus acquirendi, est adeò euidens in istis personis, vt nullo modo dissimulari queat. Siquidem casu quo liuellarius voluerit alienare in ecclesiam, vel vniuersitatem, nolunt consentire, sub eo prætextu, † quòd nunquam daretur spes caducitatis, deuolutionis, nec lucrandi laudimia: quia difficilè ecclesia alienat bona sua, & ipsa nunquam moritur. Anchar. consil. 66. in addit. in- 38 39

cip.

cip.auctoritates istorum in princ. Clar.de emphit.quæstio 33. Iacobin in auth.qui rem.num. 164. C de sacros.
40 eccles. ergò patet, quòd isti per hos contractus ponunt † spem in lucro futuro. Statim autem, q; quis sperat con-
41 sequi lucrum pro pecunia data, † eo ipso redditur vsurarius. Natt.cons.198 sub num. 28. Laderch. Imol.consilio
42 210.sub num.2. & sola intentio † mala facit contractũ vsurarium. Castrens. cons. 290.sub num.4 in 1.Rip.cõs. 21.in princip.de oblig.in 2. Abb in cap.in ciuitate num.
43 6.in fin.de vsur. & intentio mala fœnerandi colligitur † ex coniecturis, & pactis Castr. vbi supra. Calcan consil. 83.pro inuestiganda.nu.2. Abb.in d.cap.in ciuitate, sub num.6. vers. ex hoc ergo. Quanto magis ergo colligitur mala intentio lucrandi ex illis pactis caducitatum? ista enim tanquam expressa magis afficiunt, quàm illa tacita, & quæ possunt adesse, & non esse. Proinde res clarissima est hic, contractus istos perniciosissimos esse, & quatenus essemus in dubio, adhuc tamen fauore animæ
44 præsumerentur fœneratitij, † & vsurarij, Doctor omnes in cap.ad nostram.de empt. & vendit. & in cap.illo vos. de pignor. Calcan.consi.84.colum.fin.circa med.Cassan. cons.63.numer. 11. Alciat.cons.3. num 22.& sequent.in 1.Gemin.cons.16.num. 4.& cons. 111.in fine. Borgn. decis.27.sub num.72.in 1.decis.32. num.68.in 2. Ludou. conclu.51.columna 1. vers.sed ista præsumptio. Lancel. Gal.cons.88.num.19.cons.125.num.17.18. Et si ista magis procedunt in foro conscientiæ. Socin. in l. rogasti.§. si tibi in fine, ibique Dec. num.6.ff.si certum petat.Surd. cons.184 num 8.425.num.10. Honded.33.num.105.se-
45 quitur, quòd Religiosi nullo modo poterunt † excusari, si sic contraherent, quia quoad ipsos forum conscientiæ attenditur. Abb.& alij in capit.in ciuitate.sub num 6.de vsur. Cepol. de simulat.contract.præsu.n.2.num.52.53. & seq. Albens. cons.395.num. 13. & seq. meritò contractus isti, quoad illos non etiam reformari debent, cum præsumi debeant vsurarij in foro conscientiæ. Sed de his satis, remittens lectorem ad ea, quæ dixit Boccat. de censibus part.2.num.208.

Si

*Si quid dictum sit, quod fidei repugnet, pro non dicto, ac pro non scripto habeatur, me enim Christianum esse, talem viuere, & mori profiteor. In reliquis sit L. D. & D. T. A.*

FINIS.



220

221